vt Gal.lib. de Vfū Part. primoq; de Anatom.adm. & lib. de mufe. voluit, quos & optime constringit nascitur prope quartum, sed maiori parte à superiori, interioreq; cubito, latet sub quo, arctatur pedentem, & cubito adhæret, antequam ad brachiale perueniat. ex demum in quatuor teretes, neruosiq; tendines, & perforantes, qui deniq; inferuntur in tertium articulum quatuor digitorum, pollice excepto. tametq; Gal.primo de Administ. Anat. vnum ex hisuis musculi tendinus ab pollicem tendere dixerit. Quod ta men verum est in finis deprehenditur, in hominibus nequaquam. Nam hominis pollex à proprio musculo flectitur, quem mox describerimus. Quintus hic musculus (vt ad illum redeamus) heret ligamento, quod dividit musculos anteriores à posterioribus, quem admodum in tibia. Sextus oritur à radio; ligamentoq; illi adhæret, quod interiores ab exterioribus musculis separat: per radij longitudinem habet; prope brachiale definit in tendinem teretem, & neruem, qui transit sub copula carpi, vna cum quarti, & quinti musculi tendinibus: deinde in ultimum pollicis articulum inferiorem, quem flecit. Septimus carnosus emergit ab interno tuberculo humeri, & à superiori, interioreq; cubito; obliquus repit, & in media longitudine radij terminum eius videbis partim carnem, par-

*Quintus manus exterius perforatus.*

*Sextus manus interius musculus.*

*Sextus manus interius musculus.*

*Septimus manus interius musculus.*

tim

tum neruem; fibris obliquis conflat. Octauus musculus quadratus est, positus prope brachiale, carnosus exoritur à cubito; & carnosus item in radium definit; fibras transflueras habet, fitumq; transfluerum. Munus duorum musculorum, quos supra memorauit, se- ptimi inquam, & octauii, est radium in pronum vertendi.

*Octauus manus exterius musculus.*

*Musculi radii in pronu vertentes.*

De Musculis externis, qui manui famulantur.  
Cap. XXXIIII.

*Musculi manus exterius musculus.*

10 Ex his, qui primo occurrit carnosus, & neruus; prodit ab extero humeri tuberculo; deinde carnem induit, & crassescit; inter cubitum, & radium incedit, donec ad brachiale accedat; nunc in quatuor, nunc in tres tendines teretes, & neruosi tendit, qui per simum pertransiunt, qui est in appendice radij; colligant vero ab uno ex ijs ligamentis, qui à dicta appendice oriuntur. Hi tendines, quos dixi, procedendo lati evadunt; & finiuntur à primo visque ad tertium articulum quatuor digitorum, id est in indice, medio, anulari, atq; auriculari. Quo vero tribus tantum tendinibus praediti sunt est, auricularem digitum tendinum expertem demittit. sed fre-

20 quentius quatuor tendinibus munitum inuenies hunc musculum, quām tribus: qui tendines vñq; ad extremitas digitos sub vnguis progradientur; neque tamen coram radicibus inferuntur. atq; hec illa cauſa est, quam obrem tantus dolor excitetur, si quid carnem, & vngues intercedat, vt vetus est verbum; sed dolor carnem, & vngues non intereat, sed inter tendines, carnemq;. Idem fit ab alijs tendinibus extendentibus. Atq; hoc à nobis primo scito fuisse animaduerimus. Vt huius musculi est, vt quatuor digitos extēdat. Secundus ab eodem tuberculo emergit prope primum principio acto, & neruōq; defertur inter primum, & cubitum iuxta eius longi-

30 tudinem, & versus brachiale. Terminatur autem in tendinem teretem, neruēm, qui nonnunquam bifidus est; defertur supra brachiale inter radium, & cubitum; inseritur in minimum digitum vñq; ad extremitum eius. hic musculus est admodum teres: eius vñs est minimum digitum à reliquo abducendi, nobisq; vñs est non mediocri ad palmam gigendant. Tertius carnosus prodit medio cubito plus minus, quo loco cubito inest linea oblonga, & aspera, facta ut tribus musculis exortum daret. situs huius musculi tertij obliquus est: terminus eius est tēdo teres, qui in indicem inseritur, vt indicet, id est indicem oblique extendat. at tendo, quem dixi, à radij appendice ligamentum fortitur; atque hic tendo bifidus est in nonnullis

*Primum manus exterius musculus.*

*Primum manus exterius musculus.*

*Cauda doloris in genito in solutione continui inter carnem, & vngues atq; igitur ipsis igitur.*

*Secondus manus exterius musculus.*

*Musculus minimus manus digitorum in certa deductio-*  
*cem.*  
*Tertius manus ex-*  
*terior musculus.*

*Tendo manus bi-*  
*fida.*

*Quartus manus exterior musculus.*

*Quintus manus exterior musculus.*

*Musculus pollicis extensus.*

*Sexus manus exterus musculus.*

*Stylois processus.*

*Septimus manus exterior musculus.*

*Tendo bifidus, & bicornis ducus.*

*Musculi extrema manum extensorates.*

*Motus manus sursum, & deorsum.*

*Motus manus in orbem.*

*Octauus manus exterior musculus longissimus mucopatens.*

nonnullis. Quartus principio carneo à cubito egreditur penes tertium, qui & ipse est obliquus; desertur supra radij appendicem, definit in teretem tendinem, nerueum: inferior in tertium articulū pollicis, quem extendit, atque ab alijs multum abducit; hoc enim viu construetus fuit. Quintus profilit ab eadem cubiti linea prope quartum longo, carneoī principio, cuius progressus obliquus est pollicem versus, hic musculus varias habet inscriptions, & in variis tendines definit. Quamobrem, si quis ex multiplici musculo lorum numero voluptatem perciperet, (vt complures hoc ingenio sunt) posset ex hoc vno musculo tres, & quatuor efficeret. sed profectō, vt libere dicam quod sentio; vnicus mihi musculus videtur esse, qui supra muculū bicornem desertur: dehinc it vero in quatuor, & quandoq; in quinq; tendines, quorum vnuus ad tertium pollicis articulum procedit, aliis ad secundum, aliis ad primū, quartus ad os brachialis, quo pollex fulcitur; & nonnunquam hoc loco prater pradios tendines alij duo inueniuntur. Vnus est extēdēt di pollicem. Sextus ortum ducit à radice externi tuberculi humerii: cubito connectitur, quem & amplexatur, & per eius longitudinem perpetrat; quum vero ad carpum peruenit, degenerat in tendinem teretem, nerueum, & validum, qui desertur supra cubiti appendicem in finum quandam iuxta styloidem (est autem stylois cubiti processus,) ab hac finum ligamentū fulcitur, quod transuersum est; & inferitur deinde in os illud polibrachialis, quod minimum digitorum sustinet, & non multo procul à brachiali. Septimus, quem bicornem appellat, carnosus longa linea ab inferiori humero supra articulum oritur: & supra radius reptit; circa medium radij definit in tendinem validum, crassum, bifidumq; cui propterea bicornis nomen impositum fuit; qui postquam supra brachiale iter fecit, inferitur in os illa polibrachialis, à quibus index, & medius fulciuntur. Hi dui musculi, quos proxime dixi, extream manum extendunt, vel ita dicamus, brachiale tunc extendunt, cum vtero operatur. Cum vero septimus vna cum secundo ex internis agunt, alijs duob; cedentibus, manum oblique deorsum ferunt. at sexto vna cū tertio ex interioribus mouent, tunc manus sursum oblique fertur, atque hic primarius est eius vñus: secundarius autem extream manum, vel carpum circumuerunt: quem motum edunt, quando ita conueniunt, vt vnuus alius immediate in agendo subsequatur. quanvis hic vñus ab alijs prætermisssis fuerit: propterea quod illis ignotus extierit. Octauus musculus, cui nomen longissimus, qui proficitur ab humero, origine carnea, supra exterius tuberculum: incedit

incedit supra radius oblique; membraneq; tendine in radij appèdicem inferitur. Nonus prodit à copula, qua cubitum humero conneicit, & è superiori parte cubiti, quam olecranon vocat obliquus progreditur; totus carneus est; immittitur in medium radiū. Hi duo musculi manum supinā reddunt: mouentq; radij exterius.

*Nonus manus exterior musculus.*

*Musculi minoris pectoris radientes ex radiis exterius.*

De Musculis in extrema manu positis. Cap. XXXV.

*M*VS C V L I extrema manus sunt vnuus, & viginti, neque plus. Res vnuquam; pauciores tamen aliquando sunt, decem scilicet, & nouem, quorum septem (in vniuersi effent viginti, & vnuus) pollici deferauntur: si nouem & decem, quinque duntaxat: minimo digito quatuor famulantur, reliquorum vero vnicuiusq; tres open ferunt, vnuusq; latè tendimus. Primus est musculus parvus, transversus, supra Veneris montem positus, à membrana carnosa exoriens fibris canalis refertus est; & inferitur in tendinem latum, quem vt dilatet, constructus fuit. hunc musculum animaduertas; nam neq; ex veteribus quisquam, neque Vefalius hunc musculum nouit.

Quatuor alij sequuntur longitudoq;, graciles, teretes, qui egreduntur à tendinus quinti musculi interioris, qui flecit tertium articulum quatuor digitorum. Hi positi sunt in vola, penes primū quatuor digitorum articulum. Definit autem in teretem & nerueum tendinem, & per internos digitos delati iuxta corum longitudinem, adhaerescunt tendibus primi musculi exterioris, à quibus quatuor digiti extendebantur, & in tertium articulum suis finibus immittuntur, non autem in primum, quemadmodū Gal. & Vefalius volvere, qui musculos quidem cognoverunt; sed illorum infertionem, & vnum ignorarunt; nam inquietu adduci ab his quatuor digitos, pollicem versus. Ego vero assero ab his ipsis, licet in interiore parte positis, nihil feciis quatuor digitos extendi, melius quam à priore exteriorum, vel tantundem, quemadmodum in sectione deprehenditur. Interius autem situ fuere, eo quod natura periculum immittens corum viderit, qui exterius sunt. Vnde saepe eueniunt, vt exteriorius digitorum tendibus incisi digiti adhuc extendantur. Quod cum accidit medicis quibusdam Anatomica artis ignaris, vñusq; priuatim horum quatuor muculorum; se mire efferunt, quippe quibus miraculi instar illius vulneris curatio successisse videatur.

*Sextus manus extrema.*

*Musculi quatuor manus digitorum extenderentes.*

*Gale. & Vefalius infertia.*

*Sextus manus extrema.*

*Musculi quatuor manus digitorum extenderentes.*

*X auricula.*

Musculus surcavus  
lateralis, & ab alijs abducens  
Septimus extre-  
ma manus mu-  
sculus.  
Ostium extre-  
ma manus musculus,  
Nonus extre-  
ma manus musculus.

aureicularis digiti implantatur. Vt vñsus est, vt paucis abfoliam, hum dñgitum ab alijs abducendi. Septimus oritur ab brachiali, positus est in superiori parte, musculus est carnosus totus, & in secundum os pollicis definiri. Octauus prope septimum emergit carno fuis & ipse; volam versus positus est, tendine perexiguo inferitur in secundum os pollicis. Nonus sub septimo oritur ab eodem carpi ligamento, totus carneus est, & in primū articulum pollicis finem habet. Hi tres musculi eam carnolam pollicis partē constituant, quam Chiroämiam profientes montem Martis appellat; trahunt pollicem versus iporum originem. Tres alij sequuntur, qui prodeunt ab osibus postbrachialis indicem medium, & anularum fulcientibus: situ obliquo sunt, vel transverso potius, siti sub linea vitali dicta. Hie definit in secundum pollicis articulum, principium vero illorum femicirculare est. De his tribus dico ego, posse quēpian eos vnum duntaxat musculum dicere, quod lato effet principio, fine acuto; fibrisq; varijus effe intertextus. Sed ne data operis toties a Vesaliō diffinire videar: ego quoque trēs esse aio; liceat tamen cuique per me hos tres vnum dicere, horum, vel huius vñsus est pollicem flecedi volam versus; aliorum vero trium, quos antea memorauimus, munus est cuncte extendēdi, & procub alij effendi. Septimus pollicis musculus scaturit ab osse metacarpī, cui osī index inititur, ipsiū illud occupat, quod est inter pollicē, indicemq; transversum situm obtinetur, & in os pollicis inferitur. partes huius musculi sunt haec, vt pollicem versus indicem trahat, atque indici superponat. Octo insuper alii musculi præter dictos inueniuntur ab osibus postbrachialis exorti, illisq; adherentes, qui in primos articulos quatuor digitorum denum inflectionem habent. Ex hisce musculis duo vnicuiq; digito contigere, præter pollicem, in quem nemo ex his oīo inferitur. Vñsus coram est, cum duo ex his agunt, simul, vt primum articulum, in quo inferuntur, recte flecent. Sed cum vñus duntaxat agit: motu obliquum efficiunt flecent. Hos musculos fatetur

Galenus ingenue primo de Anat. administ.  
se diu ignorasse, & tandem in corum cognitionem deuenisse.

Musculi Maris  
monstrum dictum  
constituentes.

Musculi pollicis  
flecentes, exten-  
dentes, & ab alijs  
effendentes.

Septimus pollicis  
musculus.

Musculi pollicis  
versus indicem  
trahentes, illijs fu-  
turos, & alijs su-  
perponentes.  
Ostium alijs musculi  
manus digitis in  
seruitates, quorū  
nulla datur polli-  
culi.

Musculi manus di-  
gitos & recta, &  
obliqui flecentes

# REALDI COLVMBI CREMONENSIS

DE RE ANATOMICA  
LIBER VI.

DE IECORE, ET VENIS.



E C V R , siue Hepar inter principes nostri corporis partes adnumerari nemo sanar ments ambigit. Sed illud scitur dignum est, iccur prium esse membrum, quod in nobis signatur. Cum primum enim nata est umbilicis uena, illi tunc primum hepar adhaerescit. Situm est aut in dextro abdominis latere sub mendosis costis, quo loco duobus ligamentis adnecit, quorum alterum circa cauam est venam, alterum suspensorium dicitur, à quadam ortu diuisione, in qua uena umbilicalis inferitur. Hec itaque septo trahit seculo affigunt iccur, quod quanquam in dextro sit laterè (vt iam dictum est) nihil feciùs magnā quoq; sinistrā partē occupat, ubi validi ligamēti ope diaphragmati connechtant. Si hepatis figurā quaris, tantum non expte sphera est, & in homine integrum existit, non in lobos diuisionis, vt Galeno placuit, ictus illiusmodi in quadrupedibus repertus. Causa vero quoniam in nobis integrum, in illis diuisionis sit hepar, est, quod cum recta figura à Deo opt. Max. donatus simus, causa fui parte ventriculū immediate tegit: nam à dextro in sinistram tegens vniuersam anteriorem regionem occupauit: effectique ne ventriculus alget. Quocirca qui cartilagini mucronatae calida aduentum unguenta exiftimantes oris ventriculi intemperiem frigidam hisce prædictis sublatam iri, viderint, quām prudenter id agant, ictoris præcalidi membris xiphoidi subfratribus feruorem adaugentes. Sed ad rem redeamus. Secundum fuit iccur quadrupedum in lobos complures, vt illorum ventriculū infar digitorum manus amplexarentur: quod, si integrum esset, illis prōnis incidentibus effici nullu pædo posset. In aribus autem, quippe que recte potius stant, quam in terram fint pronæ, in duas duntaxat partes fecutur. In homine igitur nusquam dividitur iccur, nisi anteriore in parte, atque in extremo ictore: idq; necesse fuit ut veniam umbilicalem tantisper diuidi, vt illi adiutum præberet. sub hac,

Iecur, seu hepar.

Iecur primum omniū membrorum sanguinis genitarii.  
Iecoris fructus.

Iecoris ligamenta duo.

Hominis iecur nō  
dividit in lobos.  
Galenus error.

Quare nostrum  
iectur non dividit.

Tepica remedia  
cartilaginei ma-  
cronarū temere  
adhiberi.

Quare quadrupedibus  
animalibus diuisionis  
caudam sit.

Audi iecur in duas  
partes diuidi  
recte.

Vnica diuisa he-

30  
35  
40  
45  
50  
55  
60  
65  
70  
75  
80  
85  
90  
95  
X 2 vbi

paris humani  
quare facit sit.  
Eminentia dura  
sunt causa venae.

Membrana iecur  
inueniens, cuius  
merito iecur sen-  
tit.  
Quo se iecoris fio  
flanta.

Concupisibilis  
venae.  
Naturales iecur  
in iecore non  
gignit.  
Sanguinem in-  
cavum, &  
non in corde co-  
tra Arilli, festinat  
decem, iecur  
font.  
Vena porta origo  
falla Vefalius op-  
nitio.

Pons vene ab  
Hip. appellata.  
Primi' vene port  
ramus qui ad  
inferior ventri-  
culum defertur.

Cornalina vene.  
Secondus vene  
porta ramus qui ad  
inferior ventri-  
culum defertur.

Ventriculum non  
fasciat chylo sed  
fasciat sanguinem.  
Locum tantum  
excrementis ali-  
alam vero par-  
tem habet.

Tertius vene por-  
ta ramus, ad or-  
mentum.

Quartus vene por-  
ta ramus, ad iec-  
rem.

Vena à liene à  
vetricula humo-  
rem acidum ad

vbi vena porta exit, bina, exigue; adiunt eminentias, ne vena à vertebrarū corporibus comprimeretur, perneccissarie, has autem eminentias neque lobos, neque fibras, neq; pinnas dixeris. habet hepar partes duas exteriorem scilicet, & interiorem: gibba exterior est, & lenis, interior caua, & alpera instar rupis: idq; quoniam ei gibbus subeft ventriculus, tenuissima peritonaei membrana, in qua extet neruorum cerebri conningationis ramulus inferitur, circunda- tur hepar. Propterea superficietenus non est sensus expers. Sub- stantia eius nihil aliud est, quam concretus sanguis venis compluribus, quibusdamq; arterijs intertextus. membrum est permagnum, 20 & veluti in abdomen rex, in hoc concupisibilis virtus refidet. ali- qui credidere ibi generari spiritus naturales, quam tamen sentientia non approbo: membrum est; et languiificatione dicatum: neq; enim fangs albii gignitur: quicquid de corde scriperit Peripateticorum principes Aritot. Est igitur iecur omnium venarum caput, fons, origo, & radix, huius caua parte vena oritur *fraxine* à Gracis, quam portam Latinum dicunt: que cum vena umbilicali continuatur est, licet Vesalius fecus videatur esse. Porta itaq; vena radices caua in parte iecoris per illius substantiam vario differuntur, que crasse sunt fas, & præstent quo ad tunicam attinet, & in vicinam duntaxat ve- 20 nam tandem coeunt, atq; crassum truncum costituunt: que postea quam inter peregrinas illas eminentias integra exigit: quas magnus Hippocrates portas appellavit, in multis ranos sub ventriculo diuidit; quorum primum ad superiore mittit ventriculum, cuius rami pars eius longitudinem perpetrat, alius vero orificium eius superius ampliorum corong in morem; Iccirco coronalis hæc vena dicta est. Secundus porta ramus inferiore ventriculum petit, ibid; per eius longitudinem fecatur. Huc vero misi sum hi venarū rami, ut illorum sanguine ventriculus nutritur, neque enim nutriri chylo posset vnuquam vetriculus, quod crassus nimium exilit, 30 omneq; excrementum genus in fe continet. excrements autem ali nulla pars corporis potest: lienem tantum excipio, qui atrabilatio humore altior. Tertius porta ramus ad omentum alendum pergit, ibid; varie scinditur. Quartus ad liensem se confert, vt sanguinem melancholicum ab hepate ad ipsum defert, etq; ramus fatigatus, & sub vetriculo fluit, quo loco natura multas illi glandulas subflabrat, easq; vna, ne corpora vertebrarum attingeret: ne uite comprimeretur, sursum attollitur, splenisq; longitudinem fecat, canumq; ingreditur. Ab hac autem vena alia exoritur exiguia in aliis, in alijs maior, atque adhuc in alijs maior, hac superius vetriculi

triculi orificium versus scandit, atque hic finem habet. Illud scie- dum hanc quandoque adeo in altum non ascendere. Vtius eius est, vt humore acidum sucticiat, qui in liene gignitur, dum nutritur, atque huc demandatur, vt in nobis fumem excite, quo cibum capiamus, cuius multis sapce, magnisq; negotijs præpediti obliuice- remur. Quocirca quibus vena hac exigua est, hi facilius inediun ferunt: quibus vera major, minus ferunt. Immo nonnullos inueni- nias, qui si edendi tempus, quanvis minimo interruuo præ- reant, in syncopim incident. Quintus porta ramus ad intellinum 10 colon demittitur. Sextus, qui omnium est maximus, ad intestinum gracilia. Septimus ad rectum intellinum; atque hi præcipui sunt vena porte rami. Ex quibus tres illi, quos ad intestinum ferri dixi mus, cum in mesenterion peruenire, in mesentericas dictas venas innumeratas, ac pene infinitas scinduntur: que intellinu no modo am- pleantur, sed etiam ad internam vsque cavitatem perforant: quo loco natura faxag extreme vniuersitatem harum membranam appositum, qualem in vetrica cavitate extremitatis veteris appoluit: qua lotio ad vesicam descendenti aditum præbent, prohibentque ne ad superiora amplius reverterent. Idem in extremitate harum mesenteriacarum, 20 quas innumeras diximus, efficit natura. Quod à nemine, quod sciam, adhuc animaduersum est: licet omnes uno ore dicant factas suffic mesentericas, vt chyli ab intellinis exgredient: in eo tamen parum diligenter fuere, quid finem carnis perlequi neglexerint: vt magna natura industriam facile perspiccerent: quanta felicitate efficerent, vt hæc vena chyli fasciپere possent, ne autem egreditur, membranule ille prohibent. Eft autem chyli cōser- fio cibi, potus, in materiam laceti perfumilem, qui posteaquam vetriculum prætergressus est, per intellinorum anfractus traditus de- scendit, donec exquagnt quidlibet eti succipiemus, & quoniā huic muneri neque quatuor, neque decem vena fat erant, eas natura in- numerabilis genuit, atque ha in superioribus intellinis multo am- pliores, ac frequenter exsunt, descendentes autem fenni rati- nes, minoresq; euadunt. neq; enim tanta erat in vetricis intellinis necfles, quoniam chyli in facies, (hoc est in durum excremen- tum) iam redactus erat. Adhuc describendus est ramus alius, qui tamen inter vena portæ ramos connumeratur; at ab eo originem ducit, qui lienem teuia per mesenterion defendens extremum rectum intellinum peti, venaq; gignit hemorrhoidales, quibus duntaxat potest à melancholico humore vindicari. Atque hæc de vena portæ origine, atque descriptione fat sunt. Vtius ve-

rum excitau-  
dum defensus.

Quamobrem ali-  
qui facilius ali-  
qui difficultius  
ferunt.

Qui prædictum  
in syncopim incidunt.  
Quamvis vena por-  
te rami sunt mag-  
norum colorum.  
Sexus ramus omni-  
us maximus ad  
intellinum.

Septimus ad rectū  
intellinum vena  
causam inter-  
floriorum ingredi-  
tis rami, fessiles  
bonitatem, quæ sit prædis-  
ta in extremitatib.  
Quod nemo ad-  
huc cogavisse.

Quo se chyli.  
Quo pacto chyli  
diffit latere sit.

Quare vena in fe-  
cione, in in-  
cessu ploris, ac  
moxioris conflitu-  
te finit.

Hæmorrhoidales ve-  
nes.

30

reto tum

Ven pectoralis,  
ramus sub cilium ad seco-  
ris causi defens.

Bilis veniaque ge-  
neratio, & separa-  
tio.

Venarum duplex  
vitis.

Quae vena sangu-  
inis ad virtutem ca-  
rnis.

Gal. errot.

Omne alterans in  
sui colorum alte-  
randa alterata.

Omnis cibaria à  
venieribus alba  
reddi.

Tellus sanguinem  
in album  
fornit.

Mammillas com-  
mutare sanguine  
in lac.

Vena concava chy-  
lis, & magna di-  
cta.

Quid sit vena

Omnes corporis  
partes sanguine  
ali.

ro tum vena porta, tum ramorum eius est, vt chylum ad iecoris cō-  
caum deferat, ac per eius substantiam disperga, vt ab ea coqua-  
tur, & in rubrum languinem, qualis ipsa est, concurtaur. qua in  
coitione duo gignunt excrements, bilis inquam tum citrina, tū  
atra. Ex quibus flaua bilis, cum fit igni similis, à vesicala, quam in  
jecoris concoao natura locauit, suscepta est. sed melancholicus suc-  
cus per quartum ramum demissus est ad lenem, vt nutritur. Et  
quamus ob chylum deferendum haec vena genita fuit, tamen fuit  
alius insuper vitus non minus necessarius, vt sanguinem scilicet de-  
ferrent, qui mesenterio, ventriculo, intestini, omentoq; alien-  
atis est. Sed illud adnotes velim hinc vena funguicida virtutem  
nequam adesse, vt Galeno placuit quarto de Viu Part. meæ au-  
tem tentativa est facile subscriberet, qui tenuem venarum tunicam,  
albamq; substantiam diligenter animaduertitur. Quo enim pa-  
tua ipsiarum tenuitate, atque albedine chylum album, craflumq; in  
rubrum, tenuemq; sanguinem vertenter? Cum praefatum illud na-  
tura comparatur sit, vt vnumquodq; corporis nostri membrum,  
quoniam aliquid conuerterit in sui ipsius colorum transmutetur. Icciro  
ventriculus, tinct alba, rubra, flaua, viridiq; & aliorum colorum  
dapes esterimus, nihilo minus in colorenum vnum; cumq; cädidisimū  
omnia conuertit; idq; propterea quod est substantia sue color.  
Ita in testibus cōpicebaris, qui rubrum sanguinem, quod albifint,  
in album colorum conuertunt, ita & mammille sanguinem rubrum  
in album lac transmutant. In parte vero iecoris gibba, vbi maiore-  
rem, crafisoriemque substantiam eius videre est, vena enasificatur,  
qua concoaua dicitur, chylis, magna que. est enim aliarum omnium  
nostri corporis venarum mater, hinc variae sunt radices crafie, &  
magna que, hiis in substantiam à summo ad imum infunduntur, que  
amplam, quam diximus, venam tandem constituant: supra caput  
versus, infra ad pedes extenditur, & vt ita dicam, ramificatur.  
Huc eidem vena fluminis quoque similitudo accommodatur: quem  
admodum enim è flumine riuulos manantes sepe videmus, ita  
complures riuuli ab hac vena deriuantur, seu varij ab hoc trunco  
rami, qui quidem per vniuersum corpus panduntur, vt sanguinem  
iam à iecore paratum, atq; elaboratum defertur. Nam vena nihil  
aliud fuit, quam vafa concoaua ex tenui quadam substantia conflata,  
vt sanguinem ad singula membra deferant, fabrefacta: nam langu-  
ne alitur omnis pars nostri corporis. Sed ad rem redeamus. Haec  
vena concoaua dum supra iecor caput versus ascendit, transversum  
septum perforat, quo loco distat à corporibus vertebrarum, cogi-  
loco

loco duas emitit venas, que in ramos scilicet per ipsum diaphragma  
distribuuntur. quod postquam effecit, vena caua immediate fere  
dextræ cordis auriculis occurrentis panditur, cum hac conneccetur  
dextri cordis ventriculi orificio superfcientem vndiq; complexa:  
neque in illum intro fertur. Quo loco venam parit, que cor cir-  
cundat, ramificatur, atque illud corona instar amplexatur. Pro-  
pterea vena coronalis appellatur. Causa vena ascendens versus ca-  
put supra pulmonem scilicet fertur, ibi q; à vertebris distat, & supra  
cor non exigit intercallo (non prope cor, vt Galeno vitum est fe-  
cundo de ratione viet, in acutis), <sup>et</sup> vena sine pari, ac cōtige  
nuncupata parit, quæ quanum in dextro fit latere, tamen è media  
parte, siue ex centro concava venæ initium sumit, que reflecitur  
iuxta corpora vertebrarum, & vñq; ad extreum thoracem desce-  
dit; sed per intercalia costarum dextra, leuaq; suos mittit ramos ca-  
rum partium nutriendarum gratia. & licet in dextro fit latere trun-  
cus, tamen sub pulmone, cœphago, magna arteria ramos ab eo  
trunko exortos ad sinistram partem alendam dimittit. Ab eodem  
dextro trunko, dum reflecti incipiunt: ramus aliis exit, qui sursum  
ascendens ramos mittit superioribus intercaliis supremarum colla-  
rum aliis dicatos; neque solum in dextris, sed in finistris quoque;  
aliquis tamen excipio, sed per paucos, quibus finistra parte ramu-  
lus adeit ab axilla ortum ducens, qui nunc ad duo, nunc ad tria co-  
storum intercalia, & quandoque ad unum vntaxat defertur. Ex  
hinc vena omnibus intercalia nutrientibus alie oriuntur vena, que  
inter vertebram, & vertebram ingreduntur; vbi adiunt foramina  
ob nerorum exortum, alunt autem he vena spinalis medullam,  
& vertebras: deinde foramen ingreduntur, quod post vertebrarū  
corpus situm est. Ab his, ante aquæ spinalis ingrediatur medul-  
lam, vt eam nutriant, ad dorsalia musculos, & ad cutim vena mit-  
tuntur. Supra venam sine pari ascendit caua super asperam arteria  
vñque ad iugulum recta: atque ibi duas magnas emittit venas axil-  
lares dictas, quod sub axillam transeant, que thoracis cavitatem in-  
ter iugulum, & primam costam pretereunt. Deinde ex se venam  
promit humeralis, vel cephalicus, & capitalem dictam, que tamen  
summum humerum non ascendiit: sed potius ad internâ regionem  
defertur, inter primumq; & secundum humeri musculum tran-  
siens ad externa redit, ibi superficiari efficitur: nam vbi membra  
nam carnofam præterit, inter hanc, & cutim ad cubitum vergit,  
delata extorionis prope primum musculum, qui cubitum flectit;  
apud cuius flexuram in duos ramos fecatur, quorum alter internum  
cubitum

Coronalis vena  
cordisVena fine pari  
excavata.Vene intercalia-  
les.Vena à vena fine  
ascendit ad finitum  
latissimū deinde  
mitte.Vene vertebræ,  
ac spinalis met-  
tuntur.

Axillares vene.

Vena capillaric,  
humeralis dicta  
origo.

**Quo oeo cephalii  
ca cum balistica  
vintatis**  
**Vena communis  
vena confluens.**

**Error Arabum, de  
vena falculata  
fectione in lycis  
affectionibus.**

**Venam fœminis  
mamillas nutri-  
tivas exor-  
tu.**

**Vena basiliaca, ie-  
coratica, hepaticæ,  
diæta, in-  
terna ad Hip. ap-  
pellatur.**

**Vena communis  
quæ dicta.**  
**Mediana vena.**

**Prope humerariâ  
vena minimæ, ve-  
num prope ba-  
silicam eile nenu.**

**Vena in capitis af-  
ficiens fecari fo-  
lita.**

**Ductum magno-  
rensum ductus.**

cubitum petet, & vbi à flexura eius difcēsit, cum alio id genus baf-  
licæ ramo vnitur. ex quibus duabus sit vera communis vena, alter  
vero ramus humerariæ in externo cubito superioris & exterius ramus  
los quidem multos propagat: sed tandem præcipuum ramus supra  
brachiale, extremitatē manū inter minimum digitum, & anularem  
tendit, atque hic diuilius ab vtriusq; digitum fertur ad summum vñq;  
ipforum. Hanc venam tum Arabes, tum qui praxim exercent fe-  
re omnes salutatellam nuncupant, cuius sectionem in affectibus lie-  
nis mire aiunt prodeſſe. Sed quantum misio sanguinis è salutella  
in plenis morbis auxiliari posuit, ego fanz mentis lectori iudicandū  
relinquo. Posteaquam axillaris vena è cuitate thoracis emerit,  
& quam dixi, venam genuit, sub ingulo apud Anchiroidem ſcapula  
præcoſium profunde immergitur: quo loco ramos complures  
profert, qui primum brachij muſculum entrant, neque hunc hunc  
folum, ſed ſcapulam ſecundum, ſecundū quoq; thoracis, quartūq; &  
ſeptimum humeri, & ſcapulam ipsam, & vñq; ad abdomen. Præ-  
ter hos in fœminis alij rami ad mammillam alendam fe conferunt.  
Hac axillaris vena ad humerum delata ſub primo muſculo cubitum  
fleſſente, tres in venas, atque illas inſignes diuidit, quarum vñ  
baſilicam dicunt iecoriarum, hepaticam ve. Hippocrates cubiti in-  
ternā vocat, haec, quam altius penetrare diximus, fit ſenſim ſuper-  
ficiaria, & extremo humero accedit: ac vbi cubitus fleſſetur, hu-  
merariae inſtar in duos diuiditur ramos, quorum vñs interno cubito  
to cum humeraria ramo vnitur: quo loco efficitur cōmuniſ vena.  
communem autem dicunt, quod vtriusq; vena fit particeps, qui-  
llam conſtitutum rami mediane appellatur, quos ſemper fere vulgo  
ſecant. Sed hic animaduertendum eft, prope humeraria, atque  
eius medianam, neruum aedafe nullum, quemadmodum prope ba-  
ſilicam. Alius ramus & ipſe per exteriorem partem diuifidunt,  
varieq; coniunguntur: nunc enim cum humeraria ramo: nunc cum  
communi anatomicum efficiens: tandem vero ſupra brachiale, poſt-  
brachialeq; ramos mittit, tum ad medium, tum ad indicem. Alii  
ſuperficiaria vena, que communis appellatur medio, & interno cu-  
bito oblique ſupra radius fertur, varie ſcindit, ramumq; inter  
indicem, & pollicem, atque inter indicem & medium mittit, ac in  
ipforum finibus ceſſat. Hunc ramum in capitis affectibus fecare  
conſeuverunt. Aliarum verum duarum magnarum venarum axil-  
larium, altera profunde fatis, quinque neros ſubit: parumq; abeft,  
quoniam os humeri attingat; & ramulos emittit, qui duos muſculos cu-  
bitum fleſſentes alant, deinde deorfum fleſſunt inter primum, ac  
ſecundum

ſecundum muſculum: & ſupra flexuram cum tranſiſt, in tres ſecatur  
ramos: atque hinc ad internos cubiti muſculos ramulos mandat:  
dein altius penetrans ad brachiale inclinatur, hi ſub ligamento vbi  
ad manus volant peruenere, furculos promunt ijs muſculos alendis  
dicatos, qui in extrema funt manū, deinde ſingulis digiti venulas  
binas diſtribuunt, que à lateribus ad eorum extremitatem feruntur,  
alius autem ramus apud flexuram id ligamentum preterit, quod  
inter cubitum, ac radium poſitum eft, & ad exterioreſ muſculos  
diſtribuitur. Alia axillaris medio humero plus minus refectitur ad

poſteriorē partem, ad duos muſculos cubitum extendētes ramos  
relegans. Poſtomodum deorfum magis tendit ad muſculum longi-  
ſum, ad bicornem, nec non ad muſculos, qui ab externo humer-  
i tuberculo, ortum ducunt, atq; inter hos muſculos diſperdiunt.  
Eadem in regione ſub ingulo, vbi eft ortus axillarium, quatuor te-  
nues venas exoriri videbīs, casq; deſcedentes, quarum duæ deſce-  
dunt ſub oſſe pectoris, à partibus lateribus penes coſtarum carti-  
laginem, haec deorfum vngunt: Thoracemq; præterentes per re-  
ctos abdominis muſculos deſcent, qua in nonnullis fœminis  
cum alia vena coniunguntur, que ex intérieur loco ad diotos mu-  
ſculos ſeſtant. Haec inter quartam, ac quintam coſtan, nunc ali-  
us, nunc deſcedentes exteriorem in partem fe conferunt,  
in viris anteriores muſculos nutritives, in fœminis autem non mo-  
do ob hoc, fed ob latitudine, que latitudine generationem cum in mammis di-  
ſpergantur. Relique duæ deorfum late ſupra concavum pulmonis  
iulta mediastinum ſupræ pericardii feruntur vñl cum nerau duobus,  
qui ad tendinem diaphragmatis feruntur. Altius aliquantulum  
emergunt quatuor iugulares vena: ex quibus binæ internæ  
ſunt, externe reliqua. Externa ſupra iugulum immediate pullu-  
lant vena ad muſculum epomidia deſtata, & poſt ſcapulam truncus

30 per colli latera oblique alſurgens ramulos mittit ad muſculos capitii  
inferiorum, ac poſt occipitum fursum ad capitum eutem apud eam  
partem ingularis externe, que reliqua erat: ſupra inferiorē maxilla-  
rum ſe effert ante maſeterem, & oblique per medianum faciem fertur  
ad maiorem oculi angulum: quoſdam etenim ramulos ad faciem mu-  
ſculos diſtribuit, in angulum vero venam ſupra orbicam mittit, idq;  
per muſculum palpebram conſtrigentem; & quod reliqua eft,  
inter ſuperficieſ per frontem ad cutim capitii aſcendit. Illud adno-  
taxis dextram venam in quibidam inter ſuperficieſ cum ſiniſtra iun-  
gi, deinde rufus ſciungi. Alia iugularis vena eft fatis inſignis, que  
furſum attollit versus caluaria batim p anteriora proceſſum trā-  
uerſorum

**Quatuor vena ab  
axillarium retin-  
nunt exorit ad ab-  
dominis muſcu-  
los tendunt.**

**Vena que in viris  
anteriores abmo-  
niſi muſculos  
alii fœminis ve-  
natum lac ge-  
nerantur.**

**Vena capitis me-  
diæ infeſſores  
ac in reliqua ca-  
pitis, ac facie  
partes fe diſ-  
minantur.**

**Vena ſcapulæ  
tum in diſtincto  
dextram cum fi-  
nitur jungi, ac  
in ſcapulam ſciungi.**

Venigularis ver  
bi causare ba  
sic processus.

Vena muculos  
glandulosis la  
ryngis nutritiva.  
Vena que in angu  
la dextram venit.  
Vena que ad dura  
matem inferatur.

Vena cerebri sub  
stantiam aliena.

Lirion, seu tecu  
lar.

Vena mirabilis  
fauca cōstituta.

Venarum in dura  
te tenue mem  
branarum cerebri  
ramificata, & in  
cerebellum, & ali  
eum angulis.  
Venas, scilicet ar  
terias cerebri sub  
stantiam re  
muni fuscum  
cognitione.

uerorum vertebrarum colli penes alpera arteria. Hec, quam diximus, vena sub laryngi ramum profert notatu dignum, cuius ramulis glandule muculiculi, laryngis aluntur. Eadem vena sub inferio re maxilla varie diuiditur, tamen minor est diuina huius cum accedit ad glandulas, quae sunt sub aure, ad musculos hyoidis seruentes & ad linguam ipsam: idq; inferius. Medicis subent hanc fecari in angina, reliquum vene tum ad Pharyngam distribuitur, tum ad eam tunicam, quae os inuestit. Maior dicta vena truncus calcarium ingreditur per inaequale foramen, per quod sextum par nervorum cerebrorum descendit. Vbi vero ingressus est, ad posteriora conuertitur, atque in duram matrem immittitur. Verum siam secum tunicam portat: & per occipitum ad summum pene labdalis futura ascensit: quo loco dextra cum sinistra iungitur: & quia dura mater duplex efficitur a posteriori parte ad frontem ducitur parte suprema cerebri, in orbiculariis forame inseritur inter fronte & ictioides situum parte capituli posteriore, ubi in vnum vena coibant, in duram matrem quadruplicacionem admittitur. Indeq; due venae per vires superiorum ventriculorum longitudinem progradientur. huicse ramuli cerebri alunt substantiam. Quadruplicatio autem dura meningis, quam supra memoravi: & lirion, & torcular appellatur, iacetq; inter cerebrum, ac cerebellum. Vena vero per superiores cerebri longitudinem vergens admirabilem finum constituit nam supra semicirculum praefert, infra vero tres angulos habet, qui hoc in loco nunc paulo ampliores, nunc arctiores sunt. variis modo diffundit, eiusq; rami postquam duram membranam perforarunt, per tenuem lati nunc sursum, nunc deorum varijs modis per illam totam ramificantur. at vbi tenuem pratergressi sunt ipsam substantiam cerebri ingreduntur, quod dictum non dubito quin vobis nouum esse videatur, cum nemo usque ipsam ante obserueretur. Ego enim primus (abit verbo inuidia) obseruai venaes atque arterias cerebri substantiam introire, sub hac substantia cerebri angularis interna antequam cranium ingreditur, venulas per laterales partes ad musculos mittit temporales, in craneo vero ipso ad duram matrem latera iuxta iugulum. Hac vena, venam aliam parvulam parit dum ascendit per transfueros processus vertebrarum ceruicis, ac ramulos emittit, qui ceruicis musculos alant: ea in aliquibus ad axillari exoritur. Vbi vero inter ceruicis vertebraes extunt nervi, hac vena ad spinalem medullam ac vertebrales nutrientias properat: primam vertebram eadem superequitat occipitum versus, vbi foramen cernere est, quod ad auditus organum penetrat, eodq;

eoque ingreditur, vt hoc organum omne nutrit. Ab haec singulari interna omnia olla capitis, maxillaq; tum superior, tum inferior dentesq; omnes nutritur. Quare nihil est quod alium vena perculiare ramum describendum expetes, qui dentes ipsos alat.

Caua vena, postquam sub diaphragmate ab hepate tanquam a proprio exitu fonte, corpori vertebrarum dexterarum partis adhaeret, que post exitum paulo infra hepatic venula ex se procreat, quae partes ibi adiacentes alit, & varie scinditur. Postmodum truncus deorsum inclinans duas venas, quas emulgentes dicunt, parit; quae in

renes terminantur. haec folias semper esse causas exsuffies; in tres enim, quatuor etiam, & quinque nonnunquam diuinas esse complices, licet haec de scriptoribus nullus adhuc meminerit. Sunt autem emulgentes tam in dextris, quam in sinistris. Galenus longo vertebrorum apparatu caufas reddit, quibus natura dextram sinistram altiorum voluerit esse. Sed cum fenius contrarium profus attestetur, omnes illius rationes protinus corrunt, neceps est: cum ingenioq; potius, quam vera existat. Equidem in brutis animalibus situm emulgentium venarum homini contrarium deprehendi; ita ut de brutis locutus suffice Galenus tam perficuum sit, quam quod maius xime.

Nos igitur hominis emulgentes venas deferentes ita dicimus. A sinistra igitur pars causa vena sub ventriculo scaturit vena amplafatis, & longa, emulgens dicta; que supra vertebrarum corpus, arteriamq; aorti fertur, per mediumq; sinistrum renem fluit (est autem in homine non parum dexter superior, & hoc ob licens proportionatem) que illi non obstat, cum iceri magnitudo plus loci occupans dextrum renem cogat esse inferiorem. postea vero quia ad renem peruenit eo, quo dictum est, pacto, eius corpus ingreditur. ibi amplificatur, atque in ramos fecatur, qui per renis substantiam distribuuntur. Noli tamen existimare confici ex his cribrum illud magni nominis, de quo Galenus tam multa: per quod lotium percolari exiftimbat: hoc vero dilatato fanguinem mingi. Hic natura membranas apponere poterat, quemadmodum mēfaracis, atque veterum finibus: sed, quoniam hoc illi commodius visum est; ex ipsa metu renis substantia quadam eminentias procreavit, quae in dictis ramos ingressus, obstant, quoniam fanguis, qui ad renes vna cum serofa parte deducitur, naturaliter delabetur. Hoc tamen obseruato, quod est pulcherrimum: cum natura lapillus aliquis doofum trudens est, id plerunque tanta vi fieri, vt magnam vim fanguinis cum virina demittat, vifus harum venarum est, vt fanguinis feru, & pro renibus nutrimentum deferant. Ab hiis venae concavio vas

Vena capitis olla,  
virginea maxilla,  
descendit nutrimenti  
descripicio.

Cave vena da  
gas.

Venae emul  
gentes in placis ra  
mos secundu  
m sicut a nomine ani  
maleserum.

Galenum fructu i  
ratiōnēs inveni  
mentis de cōstū  
tūtiōne, & le  
bōrāta quantum  
ad corpū humā  
num spectat.

Emulgentium ve  
nas adscriptio.  
Renum fucus.

Cribrum ab alijs  
fūctūm in renū  
non dari.  
Galeni error.

Qui lapillus ē re  
nibus ad vescim  
non possit.  
Emulgentium re  
narum vīs.

Y 2 oritur,

Venarium vas ve-  
ter appellatur.

Ven feminalis or-  
tu.

Falsa opinio ali-  
quonum de ratio-  
ne ortus feminis-  
tus vena.

Quamobrem non  
à causa vena, sed  
à dilatatione in-  
te feminalis fisi-  
tiva ortatur.

Dextra feminale  
à causa natalis.

Differentia venas-  
tum feminulum  
inter virum, &  
mulierem.

Venae cauae 1 qua-  
ta lumborum ver-  
tebra i duas scia-  
dura partes.

Distributio veri-  
usque rami caue-  
rum ad inferior-  
es partes.

oritur, rever id est virinarius dictus; vt proprio loco fufus dicetur. oritur inquam in ipsis renis corpore: hi virinam fuficet, & ad ve-  
ficas fert. In dextra parte eadem emulgēs sita est finistra inferior,  
& brevior multo; nam inter cauam venam, & dextrum renem pa-  
rum quid intereft: inferitur autem eo pacto, quo in finistra dictum est. Oritur à finistra emulgente vena feminalis nuncupata, que oblique sub peritoneo defendens supra os pubis deducta in tefti-  
culum inditur: quemadmodum apertius explicabitur, vbi de parti-  
bus genitalibus agemus. fed interim diligenter adnota ortum semi-  
naria vene ab emulgente non effe, vt humor ferofus ad finistrum 10  
tefticulum deferetur, quo maiorem in coito voluptem pareret,  
sic ut pleriq; anatomici in hoc parum prudentes credidere: fed re-  
ra cauā est ipsa vena exiguita, qua si ex vena caue corpore emer-  
fisset, vt dextra, quoniam illi supra arteriam transfundentem erat, pe-  
recitabatur, ne in magnis dilatationibus, ita vt fit, diffundiperetur.  
Quocirca prudens natura non à corpore vena caue, sed à finistra  
gentilie finistra feminalis originem trahi voluit. At sub dextra  
emulgente apice diuorum digitorum intervallo ab ipso vena caue  
fonte effluit vena feminalis dextera, que primo oblique defecit:  
deinde sub peritoneo fertur: deinde super os pubis: poftrimo in  
tefticulum definit: quod in viris intelligens oportet: fucus enim con-  
tingit in mulieribus, licet enim origo sit eadem, & finis, tamē longitu-  
dine non est tanta, neque sumnum osis facri præterfluit: & in  
abdomine cefat. Illud vero magis miraberis sub feminali dextera  
ad quartam vifq; lumborum vertebram nullam venam mitti ad supe-  
riora, sed ad inferiora dunxat, à iecore namq; illa vifq; locū,  
inter vertebras, vbi exuent nerii, vena caua venas profert, que  
tum spinalem medullam, tum vertebrarum corpus nutrunt. Quum  
primum autem ad quartam vertebram lumborum caua peruenit, in  
duos infinges ramos diuiditur, qui oblique super os illi, pubisq; de-  
lati ad dextrum, ac finistrum crus iter habent. A qua diuifione pri-  
mo venae fatis magna orientur, que deorsum late, primo versus  
anum fe conferunt: vbi namq; illa adhaefit os facro, ramos per ip-  
sus foramen tranmittit ad spinalem medullam, ad ipsum os facru  
& ad musculos in lumbis fitos, qui ab hoc facro originem ducunt.  
mittit infuper ramos ad natum musculos, qui femori deferrunt.  
Ab ijsdem ramis vena illa proficitur, que in extrellum rectū  
intestinum implantantur. Ab hac eadem vena prodeunt illa vena,  
que ad veficas latera proficitur, vt ipsam, musculosq; recto in-  
testino deferruentes entrantr; idq; in viris; nam in feminis pertinet  
ceruicis

ceruicis vteri principium. ex quo loco menstruæ illis effluunt pur-  
gations, vt latius capite de vtero explicabitur. Idem ramus, qui

vesicam; vteri ceruicem alit. & ipsa nonnunquam principialis diui-  
fio venam signit, que decedit, deorsumq; late eo foramine exci-  
pitur, quod in offe pubis, coxendicisq; collocatum est: & ad nonum  
decimumq; musculum femur circumagentes se recipit: vt eos nu-  
triat, deinde ad se pimum, deorlumq; per internum femur spargi-  
tur, & terminum habet. Animaduertendum tamen est vala semi-  
naria in mulieribus non finiri in testum capite, sed deorsum effun-  
di, vt matrix subsistantiam alant. Ab his venis ortum duci vmbi-  
licalis vena, cui noſtra generationis exordia accepta ferenda fuit.

Eadem vena caue diuino duas partur venas dextram inquam, &  
sinistram, que fursum caput vertus reflectuntur. Progressus earum  
est inter peritonei diuisionem, supraq; id sub rectis musculis ad fe-  
cundam vifq; ipsorum interfectionem in ramos, ac ramos degene-  
rantes distribuuntur dictis musculis peritoneoq; alimentum ferentes.  
Hæ fuit illa vena, quaram ope (vt magnus Hippocrates, &  
poft eum Gal. scriptum reliquere) tantus est vteri cum mammis  
confensus in mulieribus: quas quandoq; inuenies cum illis dubius

20 venis vnri, que deorsum descendentes sub sternum colloccantur in  
rectorum mulcerulorum fine, in quibusdam parte vna dunxat, aut  
duabus ramulo pererguo coniunguntur. Illud vero reticere nul-  
lo pacto poſsum, me in nonnullis mulierum cadaveribus quacunq;  
diligentia adhibita, nonnunquam tamen harum venarum unionem in-  
uenire potuisse. Hoc infuper affero, has non proficiat vtero,  
sed ab ea diuino, vbi eius venæ oriuntur, que nō ad vteri subitan-  
ti alenda dicata sunt, sed ceruicem illius nutriti. Per eas men-  
strua expurgantur: quemadmodum saepenumero vidi hifce oculis  
in aliquibus mulieribus, que violenta morte periere, dum adhuc  
illius mensis flue rent. neque in his modis etiam in alijs quibusdam  
quibus infabant, & mox fluxuri erant, idq; præferim Pifis accidit,  
dum mulierem eiusmodi in publico Theatro facarem. aderat disci-  
plorum, & doctorum magnus numerus. mulieri, cuius anatomē  
proficiebar, Sanctæ nomen erat, quæ cum ante menſem geminos pe-  
rififeret, cosq; miseros vix in lucem proditos luce priaueſet, ac suffo-  
casset: cū iuſti iudices suffocandā uiferunt. nam vt inquit poeta ille,

Non est lex iutior villa,

Quam necis artificem arte perire sua.

In hac igitur muliere Sancta nomine, reuera autem demoniaca po-  
tius, & venefica, huiusmodi venæ, que in alijs non admidū magne  
effe

Ex quo loco men-  
struæ egreditur.

Vala feminaria in  
mulieribus quo-  
modo constituta  
fuit.

Vena vmbilicalis  
uteri.

Vena dux per ito-  
neum alentes.

Vene per quas cō-  
pacte vicias cu-  
mammulis.

Per quas venas  
menstruæ purga-  
tur.

esse solent: insignes erant, & nigerimæ, & propterea fatis perspicax. Quamobrem licuit speculatoribus per Sanæ cædauerat in animum inducere per suas venas fluunt menstrua, ea non transire per uterum. Sed si quis ita obtinere oppofitum fenerit, vt neq; si oculis cernat, quod dixi, illi funderi veritas posſit; ego nihil moror; ipse viderit. Ramus hic crassis diuifionis arboris vene caue cum supra os pubis peruenient extra abdomen, fertur in inguina: & hic ramulos complures gignit, qui glandulas ibi poſtas nutrit: in quibus glandulis sunt bubones. Ab eodem loco vene emerunt, qua per nem ambulant inter pelle, & carneam membranam vñq; ad extreum præputium. eius rami etiam nefcio qui per scrotum diffeminentur. Ex eodem loco, vnde venas hæc omnes exoriri dicebamus, vena exit fatis apparent, qua oblique ascendit ad ilium os: & sub pelle graditius verius extrema coiffas, supraq; abdomen diuersos in ramos ſcinditur, quas venas bonus Vefalius preterit. Ramus hic infignis, quem paulo ante memorauit, poſtequam inguen superauerit, trimembri euadit: quorum vnu intra pelle & membranam carneam oblique interorium, verius genu defecidit, supraq; ipsum interne per crus defencendens, ſuprainternum malleolum progreditur ac ſupra pedem digitorum verius, pollicem praefert: ibiq; varie 20 finditur. Hæc vena illa est perulgata fatis, quam saphenam dicunt, è qua in vteri affectibus fangus mitti confeuit; in cuius defencia ramuli complures hinc inde mittuntur, cum vt cutem alant, tum vt pinguedo gignatur. Reliqui duo crassi rami à muficulis tecti feruntur; oblique tamen per femoris interna defecidunt, tranfuentq; inter duo inferioria femoris capita: sub genu deferuntur, prius tamen ramulos multos promittunt pro corum muficorum nutritio: neq; femur ambient, quia femur flebitur. A maiori autem, quem diximus, ramo vena affurgit, que fab cutæ prime, deinde per posteriora tibiae ad pedem vñq; excurrit. sub eadem genu flexura alia vena pullulat, que anteriora muficulos tibiae, aliumq; etiam profundiore nutrit, deorum fertur, ligamentoq; adharet, quod eft inter tibiam, fibulamq;: vbi ligamentum perforat, & ad anteriora tibiae ſerpit, ac defecdens ſupra pedem cum pedis ligamento adharet. Ramus maior adeo ima petit, vt ſub planta pedis excurrit per internum malleolum; & in tibiae regione, nec non ſub planta varijs modis ramos edit. Alius ramus notatus dignus diuiditur & ipſe per muficulos, & venam mitit ſub duobus primis muficulis poſt tibiam fit: vbi tendo eius initium ſumit. Hæc affurgit, & anteriora verus ſub cutim fluit, & ad extermum pedis malleolum tranſmittitur, hæc

Vefaliuſ negligē-  
tia.

Vena ſaphena.

Glandula in qui-  
bus bubones ſunt.

hæc illa eft vena illultris, quam ſcia ſue iſchij & coxendicis vocat, & in eius affectibus fecant. Ramus ille, qui ſub genu fertur, poplitis vena nuncupatur: cuius apud antiquos frequens fit mentio. A quibus venis, quemadmodum ab alijs ſuperius deſcriptis, plures alii ramuli exorintur, qui à nobis de induſtria preteriti funt, qua venæ & quod exiles admodum ſunt, neq; euandem in omnibus curſum tenent, deſcribi nullo profis pacto à nobis debebant. Igitur qua de venarum hiftoria breuerit à nobis haecen exarata ſunt fa- 10 tis elle poterunt candido, benignoq; lectori: fi tamen illud addide- rimus, hanc eft venarum utilitatem, vt ad omnes corporis partes ſanguinem pro nutrimento deferant, etenim membra omniſi ſolo ſanguine aluntur, propter ea cauſa natura procreavit venas dedita opera: vt inſtar riuiorū per corpus excurrent. Substantia ve- 20 narum tenuis admodum eft, neruosaq; conflat membrana: idque non temere: Nihil enim Deus Opt. Max. temere agit; ſed ne ita fa- cile diſfrumpatur.

Vena ſcie, iſchij  
& coxendicis vo-  
caſt. Vena poplitis.Cuncta metua fo-  
lo ſanguine me-  
tuntur. Quare cauſa fa-  
tis. Venarum ſubstan-  
tia tenuis & ne-  
ruola membrana  
perduſta.

## REALDI COLUMBI CREMONENSIS

DE RE ANATOMICA  
LIBER VII.

DE CORDE ET ARTERIIS.



O R. licet inter principes partes non numerari non poſit; princeps tamen nō eft: vt Ariftoteles cenſuit, qui actiones omnes in corde collocavit. quod profecto viralis caloris fons exift, vitalesq; ſpiritus perfectiores reddit, poſteaq; in pulmonibus elaborati ſunt: quemadmodum planitis audies, quando de pulmoni- bus, eiusq; actionibus mentio fieri: eftq; arteriarum omnium radix, fons, & origo, & quantus in thorace a fagacissima natura cor ſitum fuerit, dimidiatum tamen thoracem neutraq; occupavit: neq; in me- dius corporis ſitum fut, vt Ariftotelei placuit; nam centrū corporis occupavit umbilicus, quemadmodum tunc dicemus, cum de ſe- tu agemus. Illud vero nullo tibi pacto in mentem veniat cor ner- uorum,

Cor et inter prin-  
cipes corporis  
partes, non ta-  
men princeps pars.Cor ſpiritus vita-  
lis in pulmo-  
nibus elaborato  
perficit.Cor arteriarum  
omnium radix.Cor ſpiritus con-  
tra Arif. ſentia-Corporis centrū  
umbilicus occu-  
pavit.

*Membrana cordis inuolucrum appellatur.*

*Diapholes & syloles cordis motus pericardium. Humor aquosus in pericardio.*

*Curtius Papensis hispanicus.*

*Cordis alia a pericardio propria tunica.*

*Cordis pinguedo.*

*Gal. & Arift. falsa opinio.*

*Pontius Neapolitanus Ariftoteli defendens experientiam vitium.*

*Pinguendinum sive pinguedo ibi valde necessaria; itaque pinguedinem in compluribus corporis nostrorum partibus cernimus, praesertim circa oculos, temporalesque musculos, ne partes excentur. Humanum cordis figura pyramidem prostris non preceps est, quemadmodum in bruis; sed de profundi est potius cor in homine, eius substantia dura admodum, denudans et ciuium modum; facta est, vt ne in validis motibus disrumpatur. Tribus generibus fibrarum cor praeeditum est, hoc est rectis, obliquis, & transversis, vt & traheret, & contineret, & expelleret, nullo autem paecte potest cor inter musculos connumerari: quamvis di-*

uorum, aut venarum principiū esse, fitus cordis in homine est in thoracis cauitate: isq; obliquus, & si in bruis rectus existat; in homine supra septum transuerterunt iacet; & illud tangit: fed in bruis non parum distat, bafis eius est tantum non in dextro latere; at cupis finis thoracis. membrana inuoluitur satis crastis, nerueaque, quam cordis inuolucrum appellant: cuius vīsus est, vt cor contineat, colligetur, ne decidat, neus os peccoris, collasq; dum mouetur attingat. Appellant autem cordis motus, tum diafolem, tum sylolem, quod felicit & dilatetur, & constringatur. Pericardiu igitur hoc, quod diximus, à corde aliquantulum distat, quo loco aqueum quandam humorem natura collocavit: vt eo cor humectaretur; periculum enim imminebat, ne abfq; hoc prefidio ob frequētes, non perpetuos dicam, ipsius motus, qui etiam nobis hunc initius, cor excaretur. quem humorem non modo in uiuentibus, sed in mortuis quoq; deprehendes: licet de hoc Curtius Papensis dubitauerit; at ego hoc ita esse, non femei, sed fepiu in publicis, priuatisq; viui canis fectionibus aptere ostendi ita, vt nullus amplius dubitationis locus relinqueretur. Hoc inuolucrum, indumentum in homine septi transuerter tendini valide coheret. Scito præterea cor præter inuolucrum, quod dixi, propria tunica prædictum esse, que ipsius substantiam immediate contingit. fed inter cor, & pericardium non parua oritur pinguedo, que manifeste conspicitur, & cordi adhæret: quae Ariftoteli, & Galenus assertant, neque circa cor, neque circa aliam quamvis calidā particulam pinguedinem vilam nasci. Dicebat autem Pontius Neapolitanus Phylicus, qui in Ariftotelis verba nimis iauraverat: hanc, quam diximus, pinguedinem circa cor pinguedinem nullo paecte est: huius rei testimonium locupletissimum est, quod ipsa non eliquatur. Ego vero in theatro, dum Pisis publice profliter, nihil respondens pinguedinem eandem candele, que præstebat, eliquavi. quo viro cum mutare amplius non auderet, tacitus abiit, ac pene explosus. Erat autem ob continentem motu pinguedo ibi valde necessaria; itaque pinguedinem in compluribus corporis nostris partibus cernimus, praesertim circa oculos, temporalesque musculos, ne partes excentur. Humanum cordis figura pyramidem prostris non preceps est, quemadmodum in bruis; sed de profundi est potius cor in homine, eius substantia dura admodum, denudans et ciuium modum; facta est, vt ne in validis motibus disrumpatur. Tribus generibus fibrarum cor praeeditum est, hoc est rectis, obliquis, & transversis, vt & traheret, & contineret, & expelleret, nullo autem paecte potest cor inter musculos connumerari: quamvis di-

uis diuinus Hippocrates in libro de corde ipsum musculum esse dicere non erubuerit. Vindicta vena coronali circundatur, vt eius sanguine alatur: cui arteria coronalis quoque dicta se feci prebet, & nonnumquam bafis: idq; vt eius ope substantia vitalis caloris viuificetur, quare dubitate aliquo posset, atque ex dictis argumentum elicere fatis validum, non in corde, sed in pulmonibus vitales spiritus gigni. Ego vero magnis philosophis huiusmodi difficultates diftinctandas relinquio: mihi etenim fatis foro puto, si partes corporis quomodo se habent, earumq; vīsum, quantum in me erit, vere descripſio, fed, vt ad cordis historiam redeamus: Due infunt cordi cauitates, hoc est ventriculi duo, non tres, vt Ariftoteli vīsum est. ex his alter à dextris est, à sinistris alter: dexter sinistro multo est maior, in dextero sanguis adeit naturalis, at vitalis in sinistro. illud autem obseruator per pulchrum est, substantiam cordis dextrum ventriculum ambientem tenuum fatis esse, sinistrum vero crastam: & hoc tum equilibri causa factum est, tum ne sanguis vitalis, qui tenuissimus est, extra refudaret. Inter hos ventriculos septum adest, per quod fere omnes existimant sanguini à dextro ventriculo ad sinistrum aditum patetefi. id vt facilius, in transitu ob vitium spirituum

20 generationem tenuem reddi, fed longa errant via; nam sanguis per arterios venam ad pulmonem fertur, ibiq; attenuatur; deinde cum aere vna per arteriam venalem ad finitimum cordis ventriculū deferut: quod nemo haecen aut animaduertit, aut scriptum reliquit; licet maxime sit ab omnibus animaduertendum. Præter hac omnia, qua haecen dicta sunt, additum quoque circa cor due aliae particule, quas auriculas vocant, que tamen auditus sensu nullo pacto sunt dictata. Sunt igitur eminentia binæ, membranose, anfractuoseque, ex quibus altera dextra est, sinistra altera; & rursus altera maior est, altera minor; rursusq; harum altera ad cauam vénā, altera ad arteriam venalem apponita est. harum igitur auricularum in cordis motibus non parvus est vīsus, ne scilicet dum cor mouetur, vena caua, venalisq; arteria, que ipsa quoq; venarū inflat, disrumpetur, costruetur est: nimis enim quādōg; sanguine oppletur. Circa cordis batim, que lata admodū est, quatuor vasa conspicua sunt: duo ad ventriculum dextrum, duo item ad sinistrum: in dextero est vena caua, venasq; arteria; at in sinistro adest arteria ahorta, & arteria venalis. Neque tamen existimes id, quod multi sunt opinati; venam cauam hinc exoriri, vt iam dictum est in tractatu de venis. illa enim cor non ingreditur, vt fallo arbitrantur; sed cum scifa sit eo loco, lataq; dextri ventriculi orificio duntaxat adhærescit. Ve-

*Coronalis arteria. Vena sanguinis arteria. Coronalis arteria.*

*Corde ventriculus duus ad eum finit. Index corporis ventriculo fastigio naturalis, in finitimo vitalis substantia verius que cordis ventri cui.*

*Venarum. Vena ipsius genitario nemini adiutio animaduertit.*

*Cordis auricula.*

*Auricularum sordis vīsus.*

*Quætor in cordis bafis vafa. Vena caua. Vena arteria. Arteria ahorta. Arteria venalis.*

*Vena cauam non ingreditur.*

Vena arteriosa  
secore nō cor  
de oritur.

Quare vena arte  
riola dicatur.

Arteria alonii ar  
teriarum omnium  
mater.

Arteria venosa  
quare dicatur.

Anatomicorum op  
tio erutorum.

Dicunt à caro  
anatomicorum de ar  
teria venali fer  
temnia.

ha item arteriosam à corde oriuntur, sed à ecore, quod verum esse facile perficies, si animaduertieris. nam, dum in utero matris foetus latitat, sī eius intropicamus, comprehiemus cauam venam cum vena arteriosa continua esse. Igitur quatenus vena, ab hepate or tum ducit: at quatenus arteriola, ex corde; est enim cor arteriarū omnium principium. Hac ad pulmonem incedit, vt ad illum sanguinem ferat, quo nutritur, quemque pro corde alteret. Vena arteriosa hac, quam diximus, magna est fatis; immo vero multo maior quam necesse fuerit: si sanguis ad pulmones supra cor exiguo intercallo deferendus duntaxat erat. Dividitur duos in truncos tū ad dextrum, tum ad sinistrum pulmonem; deinde varios in ramos, quemadmodum tunc dicemus, cum de pulmone agenus. Verum enim uena illa, quam diximus, seu membrana euanevit post infinitis egestibus ab utero: idq; propterea quid incipit cor sūmū officium præfere. Arteria ahorti, qua est aliarum omnium arteriarum mater, à finistro oritur cordis ventriculo, sursumq; affluit. Sed antea quām huius arterie iter perficquamur, de arteria venosa dicendum videtur, qua sinistro vetriculo apponita est. Dicitur autem arteria quoniam spiritus, arteriofūs sanguini deferunt; at uenā etiam appellatur eo, quod uena corpus, hoc est substantiam habet, vas est fatis insigne, quod per pulmones instar uene arteriofūe difficietur. Scribunt Anatomici in hoc (pace eorum dixerim) parum prudentes harum viū esse, vt acerum alteratum ad pulmones ferant, qui flabili instar ventulum cordi faciunt, idq; refrigerant, non cerebrum, vt Aristoteles viū est: existimantes ijdēas tunc fūmos nefcio quos capinofos (ita enim ipsi vocat lingua uirginū ignoratione) expicere à finistro ventriculo profectos. quod commentū non dici poslet, quām ipsi placeat; quippe qui certo existimat in corde a fieri, quām in caminis absolent; quasi in corde virida ligna existant, que dum cremenuntur, fūnum edant, atq; haētēus de har  
rum viū iuxta aliorum Anatomicorum sententiam. Ego vero op  
positum proflus sentio: hanc scilicet arteriam venalem factam esse,  
vt sanguinem cum aere à pulmonibus mixtum afferant ad finistrum  
cordis ventriculum. Quod tam verum est, quam quod verisimilis;  
nam non modo si caduera infispici, sed si viua etiam animalia, hāc arteriam in omnibus sanguine referant inuenies, quod nullo pa  
cto evenire, si ob aerenem duntaxat, & vapores confluēta fore.  
Quocirca ego illos Anatomicos non possum fati mirari, qui rem  
tam præclarā, tantiq; momenti non animaduertenter: quanvis præ  
cellentes haberit velint: immo vero à compluribus sui timilibus ha  
beantur.

20

30

beantur.

beantur. Sed illis hoc satis est Gal. dixisse quasi Pythagore dif  
ficiulis. Quid? quid aliqui nostro tempore in Galeni Placita de ana  
tomia iuarentur; vt hoc audeant affirmare, Galenum Euangelistē  
more sūcipiensdom effe, nihilq; in eius scriptis effe non verum, mi  
rumq; dictū est hoc dictō quantopere feffere, ac Anatomiū starū  
principes popello iacent, quod quām sit reprehendēdū nemo nō  
videt, etenim quis est qui nunquā offendat? fed de his fatis superq;.  
Obereturum est itaque orificio quatuor vasorum, quae sunt ad cor  
dis basim, vnde membra altare, quae trifūce, vel tricūpides  
appellantur: tres inquam ad cauam venam, tres item ad venam  
arteriosam, tres ad arteriam ahorti dictam, duasq; ad arteriam ve  
nalem: quarum figura non est eadem: nam quae ad venā cauam, &  
arteriam venalem posita sunt: diuerla sunt forma à membranis ma  
gnæ arterie, & vene arterialis; hæc namq; instar trium literarum,  
qua C à Latinis dicuntur; aliae vero sunt instar sagittarum. ad  
mirabilis autem harum viū est; & ipse sunt: quarum ope mula disci  
mus ex his, quae ad cordis, & pulmonum viū cognitione speciat.  
ficto etiā quemadmodum harum figura varia est, ita utilitatem di  
uersam effe. Oftola itaq; caue venæ, necnon arteria venosa ab  
interiore sita foretur, vt sanguinis emisione feruiant: alio  
rum vero duorum vasorum oftola cōtra ab exteriore intro vt ad in  
clusum sanguinem continentum facta esse videantur. Illud inf  
fer per adnotato ea oftola, quæ intus foras panduntur, quibūdūm fil  
amentis referta esse hac, illacq; per uentriculos dispersis: quae pro  
pterea facta sunt, ut ipsas contineant, firmentq;: quibus foris de  
ceptus est magnus Aristoteles, qui filamenta hac, quæ dixi, neroū  
effe opinatus est; hincq; factum est, ut Aristoteles cor neruorum  
principium esse scriptum reliquerit, & per consequētē sensus, mo  
tusq;, sed, ut ad supradictā quatuor uāla redeamus: duo ex his cō  
flectra sunt, ut intro ad cor deférant; hoc autem eueneit dum cor di  
latatur; duo uero alia, ut, dum cor constringitur, foras deferant,  
iccirco quando dilatatur, sanguinem à cauā uena in dextrum ven  
triculum suscipit, necnon ab arteria uenosa sanguinem paratum, ut  
diximus, una cum aere in finistrum - propterea membrana illę de  
mittuntur, ingrediuntur; cedunt: nam dum cor coarctatur, hæc clau  
duntur: ne quod fulcere, per easdem vias retrocedat: eodemq;  
tempore membrana tunc magna arterie, tum uena arteriose re  
cluduntur; adiutumq; præbent spiritali sanguini exenti, qui per  
uniuersum corpus funditur, sanguiniq; naturali ad pulmones dela  
to: res itaq; semper habet, cum dilatatur, quas prius memorauimus.

10

20

30

Fieri possit ut  
est in Galeno  
etiam de con  
tra nostra.

Membra trifū  
ce, & tricūpides  
appellat in  
orientis quatuor  
vasorum  
vnde.

Vnde membra  
natūra viū.

Cordis filamenta,  
pro stenū ab  
spiritu habent.  
Quocirca Arist  
oteles cor pri  
cipium neruū  
flauerit.

Quantus valorem  
viū.

Simpliciter in dext.  
trum cordis ventr.  
iculum ingref-  
sion non retro-  
dere in eum ve-  
nam.

Nervus membra-  
num cor impo-  
tem ingredie-  
tur.

In homini corde  
os non reperi-  
tum, venenum in  
bentonum inue-  
nitur.

Galen. error.  
Quod in homini  
cor non reperi-  
tum, ut in por-  
cio quadam car-  
tilaginis.

A corde arteria,  
irecere vng. cere-  
bro nenu natus  
Aborsi arteria c.  
xortex.

Arteria non per  
se fed à spiritu  
mouetur.

Coronaria cordis  
arteria origo.

Coronaria cordis  
arteria aliquippe  
genita.

Dividitur arteria  
aliquippe in duas  
partes.

Affidatur, tunc  
distributio.  
Axillaris finitira  
arteria.

Trunci axillaris ar-  
teria distributio.

recludunt clauduntur reliquæ. itaq; compieris fanguinem, qui in dextrum ventriculum ingrefius est, non posse in cauam unam retrocedere. ex hac doctrina collige cor nullo paço id membrum esse, in quo sanguis gignatur; quemadmodum fenit Ariffoles; cum a tenua caua sanguis distributatur. estq; hoc admirabile, maxi-  
maq; arte fabrefactum, ad membranam autem cordis substantiam inuoluentem peruenit neruulus à sinistro recurrente neruo profectus. Hoc infuper velim certo ficias nullum os in hominis corde inueniri: quamus in bobus, bubulis, equis, atque id genus magnis animalibus oleum necio quid ostendatur; quod in nobis nequit. 10 est. sed substantia dumtaxat radicis magna arterie tenua arteriosam uerat, quæ cartilaginea uidetur: licet os nullo paço appelleret que, at, quicquid Galenus dicat, qui ridendum in hoc est, dum ueteres rideat, qui os cordis non descripserent: quod iudicium ipsi maxime faciendū erat. Hoc uero axioma in anatomie exilitimato arterias omnes à corde proficiunt, quemadmodum ab hepate uenas, necnon à cerebro neros. A limistro itaq; cordis ventriculo exoritur arteria illa, quam ahortum vocant, alitarum omnium arteriarum mater, que fas magna est. substantia uero tum crassa, tum alba; crassa quidē primo ne fanguis spiritu referunt facile cuaneferent, deinde ne suis in motibus dilatatur; mouetur enim arteria continuo nō per se, sed propter spiritus. poftquam albori cor ipsum pretergressa est, paruum arteriam coronalem diæta, eo quod cor ipsum circundet, immediate parit, que eius substantiam uiuidam reddit, in qua varie disseminat, illud infuper scito coronalem hanc arteriam in nonnullis non esse vnicam, sed duas: deinde ascendens altius duos in truncos scinditur, quorum alter maior, minor alter exsift: maior descendit, ascendit minor; maior autem factus est ille truncus, quem descendere siebam: quoniam maior corporis pars illi viuificanda erat. truncus ascendens à sinistris arteriæ emittit, quam axillarem linitram vocant, que oblique uerius axillam tendit, & ad superiores costas arteriolas mitit, & egrediens ad brachium iter tenet per internam partem, & cum bicipitis interna jungit se faciam, ramumq; sursum mitit, ramulos autem alios ad omnes eos musculos, qui sunt circa humerum, scapulam, eius cauitatem, necnon ad anterioria thoracis, & ad eas glandulas, que sunt sub ala. Truncus vero axillaris recte per internam regionem humeri descendit vñque ad cubiti flexoram; & ante aquam regionem hanc perfratet, arteriolam mitit faciam quartuero brachij ad musculos cubiti extendentes distributam: cum autem flexurā cubiti præterjet, in duas, fepte in

spæc in tres arterias fecatur. sed prius arteriolas ad eos musculos re-  
legat, qui sunt in humero, & cubito; & ramus vñus penes id ligamen-  
tum incedit, quod inter cubitum, & radius positum est: & e-  
greflus foras ad extemos musculos gradit, quod reliquum est, cubiti longitudinem sequitur: poftea uero quām sub interno tran-  
uerso brachialis ligamento præterfluxit, in palma ipsa varijs fecatur  
modis, & ad extremos vñq; digitos extenditur: at alter ramus ten-  
dit radius verius iuxta eius deductum: & vbi medium cubitum pre-  
terjet, affligit inter musculos: & ad cutim subit per internam par-  
tem radij. atq; hic ille est ramus, cuius motum digitis perficitur

10 medicis folent: cum manum in carpo apprehendunt, vt pulsum consu-  
lant. Illud præterea ficias velim, ramum, quem dixi, in aliquibus vario situ locatum esse, vt dubites an is sit, quem haecens memo-  
raui, eo quod foras verius feratur. quod si quis medicus rei ana-  
tomica ignorans huius pulsum, dum agrotas preferunt, loco con-  
sueto dumtaxat querat, neque inueniat, ne hinc morti proximum  
esse fallo iudicabit, & predictet falso. Non equidem negauerim  
perraro arteriam huiusmodi situm obtinere; nam partem internam plurimum occupat, hac vbi a brachiali difcēsit per partem exter-  
nam, vñque ad digitorum extremitatem procedit, alter ramus iuxta

ligamentum fertur. Truncus iste ascensio poftquam arteria axillare  
perpetit, in arterias binas difcatur carotidas, hoc est sopora-  
rias appellatas, que per partes colli laterales recte feruntur vñq; ad  
calvaria basim, aperte adhaerentes arterie, venisq; iugularibus in-  
ternis affixæ, quam calvariam prouiam ingrediuntur, duas arterias  
ad faciem mittunt, & sub maxilla inferiori subducentur ramulos  
mittunt ad musculos tui colli, tum capitis, tum laryngis, tum hyoi-  
dis, tum lingue. fed duo ramuli, iñq; maiores ad linguam ducti per  
eius longitudinem ad extremum vñque feruntur: quo peracto itine-  
re ascendunt sub aurem, & tum ante, tum post ipsam sursum attol-  
luntur ad temporales musculos, ad frontemq;, necnon ad capitis

30 cutem: & ad faciem, hoc est, ad eius musculos distribuuntur. alter eius ramus, quem retro ferri diximus, disseminatur ad duos illos  
musculos, quos nos primi, pace aliorum dixerim, inuenimus: qui  
positi sunt in parte capitis posteriore. fertur etiam ad cutem, & ad  
musculos capitis. Ab eodem loco, & aliquantulum altius etiā arterie  
duo ortum dicunt maxillam inferiorem ingredientes sub au-  
re in foram ibi dedita opera fitum, iuxta maxilla longitudinem,  
quibus cum arterijs & vena, & neruus quoq; adiunguntur; disper-  
guntur ast ad omnes radices dentium inferiorum: pars vero egre-  
ditur

arteria tangentia-  
bus medior. bra-  
chii se offerit.

Cerotida arterie  
sufficiens sopora-  
ria dicta, earum  
distributio.

Duo musculi po-  
sterioris capitis  
nunc primum co-  
gniti.

Arteria dentium  
radices ingredi-  
entes.

ditur per foramen ad mentum positum, & per labrum incidit. Huius arteria Vessalius oblitus est prorsus, ita ut illius non meminiret quidem. Sed anteaquam illas arterias describo, quae in calvaria continentur, aliquae aliae prius describenda sunt, quarum pars à cal varia quoque sifcipitur. Animaduertendum igitur est, dexteram arteriam axillarem è loco minus humili exoriri, quam sinistram, præterea obliquè nō incedit, vt illa, est autem origo eius à carotide dextera in iuguli regione; & recta incedit per axillam sub iugulo ad brachium dexterum: vbi diuiditur, & progreditur in infar sinistra, at vnde he carotides arteriae, & axillaris arteria ortum ducunt, ab anteriori parte duæ arteria nascuntur deorum tendentes, ramos ad superiore partem arteria, & axillaris arteria ortum ducunt, ramos ad superiore arteria interularia, & ad vertebras mittunt, quas Vessalius ignorauit: aliae item duæ exorintur arterie parvae, quae sub sternio concurruntur, descendentes, duabus illis venis comitatis, que ad mammillas tendebant, & ad fines rectorum musculorum. itaq; diuiduntur in illorum morem. In eadem pene regione retro tamè versus corpora vertebrarum duas alias adnotabitis, que per transuersos processus vertebrarum colli delatae (ob hoc enim illos natura perforauit) necnon per ea foramina, è quibus nervi egrediuntur, rami los mittunt ad spinalem medullam, vertebrasq; , & ad musculos cer

10

ticem in latus flecentes: fed in quibusdam haec arteria non à so porarijs, vt in plerisque, sed frequenter ab axillaribus originem ducunt, haec quas nunc oculis ponimus arterias, inter primam vertebram, & caput partem calvarie posteriorem ingrediuntur: inter ipsam nimirum, & spinalem medullam; prius tamen duas arterias auris antro subministrat, quae in ingressu milcentur, dextra nāq; finit̄ ex vnitate adeo, vt longitudine semidigitū vna fiat; in duas postea diuiditur, deinde in alias complures; tenduntq; primum ad du ram, tenuemq; meningem, deinde ad cerebellum. & profecto si hę due arterie non sufficiunt à natura genita, posteriora calvariae arterij caruissent, ab hinc cerebellum viuificatur, & cerebri quoque pars, & medulla spinalis origo. Haec duæ arteria, que per trâstueris processus vertebrarum inter primam vertebram, atq; os occipitij sursum asfurgunt, internam calvariae regionem ingrediuntur inter ipsam, inq; spinalemq; medullam. potea vero quam calvariae ca uitatem ad dimidij digitum longitudinem sunt ingressa, vniuntur, atq; ex binis vnicā fit arteria; tamen diuiduntur denuo in geminas, dexteram scilicet & sinistram, à quibus arteria ad duas cerebri membranas mittuntur, atq; ad cerebellum. deinde per horum substantiam parte superiori ad dimidiam vñq; calvariam maxima sit harum arteriarum

30

Dexterarū arteriarū inter se diuer-  
tatas.

Vessalius lapidus.  
Arteria ad supere-  
riorem thoracis co-  
klam interclusa.  
Dux arteria sub  
femoros.

Arteria per tran-  
sitionē collī pro-  
cessus.

Membrana vñtricis  
cerebellique ar-  
teria.

Posterior capitū  
parvō vacat ar-  
teria.

riarum distributio, quod reliquum est cranei, à duarum carotidum ramificatione viuificatur: vt paulo post dicam, quae proutquam cranum penetrerent, arterolas auris labyrintho mutuo dant. vbi vero hic arteria truncus calvariam ingressus est, vt supra dicebam, ad spinalem medullam, ad duram, tenuemq; membranam, ad cerebellum cerebrumq; arterias mittit suas. Neq; quemq; inuenies, cui

vera harum duarum arteriarum distributio cognita fuerit; neq; Vessalius ipse ilam olfecit, qui dum in arteriarum per transuersos vertebrarum processus ascendentium descriptione veretur, inquit in-

10 gredientes calvariam per finū illum duræ matris tendere, quem jugulares ingrediuntur venæ. fed hoc potius ita effe animo concepit Vessalius, quam oculis viderit. Quo circa nihil mirum est, si res rete mirabile à priscis anatomistis tantopere decantatum necio quo patet irridet; nam ab hinc, quas ignorauit, arterijs potius quam à carotidibus rete mirabile efformatur; quanvis neq; Galeno hec arteria cognite fuerint: nam venas, inquit, per posteriores capitū ferri, per anteriora vero arterias. Tu vero hoc loco admirabile & arte inenarrabile confructum opus ab opifice summo diligenter ad notabis, cuius de sapientia, prouidentiaq; silens fatius tuco, quam

20 paucā dicere. etenim duæ, quas descripimus, arterie sub spinali medulla sursum attolluntur, & præter multitudinos illos ramos, quos per tenuem membranam spargit, eo loco, quem conarium, vel pinealem glandulam appellamus ingrediuntur substantiam cerebri in extremitate superiorum ventriculorum, atq; ibi grandem, atq; insignem plexum perficiunt; qui plexus mca quidem sentientia plexus mirabilis ob admirabile artificium appellari merito potest: qui posteriore parte ad torcular affiguntur, in hunc cundem admiratione dignum plexum duæ quoq; arterias carotides immittuntur, vt suo loco audies. itaq; ex quatuor arterijs confructum effe rete mirabile obseruare poteris: quod ante me à nemine haecens obseruatum fuille comprei, ita vt & rei nouitatem, & dignitatem delectari, & doce ri posſit rei anatomica studiſus. arteria carotides vbi ad calvaria basim peruenere, id foramen ingredi videtur è quo sextum neruorum pars egreditur: & quod venas jugulares internas sifcipit; non asfurgunt tamen, neq; hic duas arterias parunt, vt Vessalius cogitatione potius, quam vñi deprehendit: quas vna cum jugularibus in dura membrana finis ingredi voluit. fed quid, inquietus, he agit arterie sub calvaria basi? Ad anteriorē partē concurruntur, peròq; id foramen transeunt, quod in osse temporali latitat prope illud, in quod sexta descendit neruorum coniugatio, & jugulares internos ingrediuntur,

Auris arteria.<sup>3</sup>

Distributio arte-  
riarum Vessalio  
incognita.

Retæ mirabiles da-  
tae cōtra Vessalio.

Conarium locu .

Torcular.

Retæ mirabiles ex  
quatuor confructu  
arteriarum à nullo  
admodum oblitera-  
tus.

Arteria carotis  
posterioris.

Arteria carotis  
posterioris.

30

31

ingreduntur, quæ prius quam à calariæ parte interna sufficiantur duas promunt arterias, quarum varij sunt rami, ad palatum nimiri, ad internum nafum, ad superiores dentes; alij calariam subintrat per ea foraminula, que ibi sunt fata; & arboris infar per duræ membranae latera explicantur vna cum ijs venis, quæ in membrana conspicuas sunt, propterea quod sincipit ibi excavatus videbis. Postquam autem ha arteria ad palatum, dentesq; eos ramos diffundunt, vt supra diximus, affligunt in crancum ipsum per id foramen, quod inter sphenoïdem, & os temporis sitū est: quo loco pars terij neruorum paris descendit; quanvis Vesalius hic Galenum acriter morebat; idq; mehercule iniuria. vbi vero sellam, quæ dicunt sphenoïdis supergebras sunt; binas arterias ad oculos mittunt post rierius opticos appellatos, vt vitam oculis prebeat: neque oculus solum vitam subministrant, sed etiam oculorum muscūlūs, ijsq;, à quibus maxilla referatur: maxilla inquam superior: propterea magnas multas harum seſtiones obferuare poteris. quod reliquum est harum arteriarū carotidum, supra dictā sellam adcedit tenui membrana coherens, & post callosum corpus posteriora verius, varijsq; modis per tenuum meningen dispersigunt supra, intrāq; necnon ad latera, nonnulli etiam sunt earum rami à tenui ad durum meningen deducit, alij à tenui ad cerebri substantiam. Post tot distributiones saporiferarum arteriarum supra sellam cuneatis, illæ ventriculos cerebri superiores subeunt, cum primum tenuem membranam perforant: qui ventriculi anfractuosi sunt; & cum primo due esse videtur, in exiguis, casq; innumeras scinduntur. itaque per pulchrum rete ex arterijs contextum conspicaberis: quæ omnes iuxta deductum eorum ventricularum, quos supra memorau, eō vñque progrediuntur, donec veniam cum polfremis, vti diximus. Ha arterie focias habent venas: & in earum sinibus adeſt glandula pinealis, has Galenus descripsit pro conformi plexi, quasi secundam præ ſe ferat. Ego vero, ſi rete mirabile vñquā eft, hoc eile affirmare audeo. nusq; enim tam admirandum arteriarum minimarū, innumerabiliumq; plexum, perplexumq; & intertextum videre poteris. Sed Galenus ſuum rete mirabile ſupra sphenoïdem defribebat: vbi glandula illa adeſt omne id excrementum ſufciens, quod in cerebro gignitur, huic enim numeri fuit à natura dicata. Sed non ne impium quid pījs hominibus videti potuifit, graueriq; acculan da fuifet natura; ſi natura, que prudens, & oculatissima in hominis fabrica effe foler, ac debet, tam nobilem plexum, tam infigem, tamq; admirabilem in loco non modo humili, ſed tot excrementorū

10

30

fentina,

*Gal. iniuria à Vel  
falso reprehendi-  
tur.*

*Sphenoidis sella.  
Arteria ad ocu-  
los.*

*Pinealis glandu-  
la.*

*Diversa opinio  
de rebus mirabili-  
bus.*

*Glandula excre-  
mentaria a cerebro  
ſufciens.*

fentina, ne cloacam dicam, colloquifit? Quamobrem nequeo ſatis mirari, qui fieri potuerit, vt Galenus vir diligens ſupra quam dici poſit, rerumq; naturalium accurimus peculator, in tam graues errores incident: veriç retiformis plexi ſitum ignorauerit, perperam deficerit. quod ſi cuijam diligenter inueſtigare libeat reticularem plexum, vbi illuſ Galenus defcribit: nar is sine ſuo fruſtrabitur. Nihil enim ibi cōp̄ies niſi quadam arteriolas illi patribus, sphenoïdīq; oſi vitam minifratres. Eadem arterie, ex quibus rete conficitur, quod mirabile appellatur, per cerebri ſubstantiam arteriolas mittant: quod nemo ex anatomis ante me, quod ſciā, haec tenus ſcriptum reliquit. Atque hic finis eft defcriptionis trunci superioris: niſi illas arterias defribendas duceres, quæ ad dexteris coſtas ſuperiores demandant. Hic pulchrum eft adnotatu, nullam arteriam ad pulmonem tendere, que vitales ſpiritus à corde ſufcipiat, quod ad pulmonem deferat, propterea verum hoc eft axioma in re anatomica, cum à pulmone difceſſeris, reliquas humani corporis partes pulſatilibus arterijs praditas eſſe. Qua ratio ne probare acutus aliquis, atq; acer in diſputādo poſet, ne in corde quidem ipso vitales ſpiritus gigni. Sed de hoc alias. Arteria magna, cum ahori ſe nominauiimus, truncus maior, qui deorsum tendit, diriſtrosum flecitur, vertebrarumq; corpori adhaeredit, quod in superiori trunco non contingit; nam ille nō fecus atq; vena caua, à vertebris diſta, truncus igitur hic inferior dum defcedit eſt partē ſuoi posteriore arterias proferit coſtarum intercalis dicatas; atque he ruris alias mittant tum ad ſpinalem medullam, tum ad vertebras, tum ad muſculos, qui in posteriore thoraci parte ſunt ſiti, at vbi ad ſeptrum tranſuſum defcedunt duas pares arterias dexteram inquam, & ſinistras, proferens, quæ ad ſeptrum ipsum diſtribuntur, ſub ipſo tranſit quidem, ſed nullo pacto perforat, penetratq;: fed vertebrarum corpori adhaerēs progreditur ad penitinem vñque lumborum vertebram. Sed quum primum ſeptrum, ut dixi, præteriit, arteriam proferat, que ad hoc par ſecatur, ingrediaturq; vnde venam portam exire ſuo loco diximus; ibiſq; distribuitur. alia proferat ad bilis veſiculam, alia ad lienem, alia ad ventriculum, omentumq; ramuli alij ad pancreas, alij vero ad colon intellimum, ſub hac alia emerget, cuius plurimæ, maximæq; diuſuſes ſunt tum per mesenterium, tum ad intestina tenuia. multisq; mefaracis venis ſe focias præbēt, deinde paulo inferius duas gignit arterias, casq; adnotatu dignas, quas emulgentes appellant, que renes ingreduntur. ſub emulgentibus venis paulo etiam declivius

10

20

30

*Galenis error de  
mirabilis reis  
ſode.*

*Cerebri arteriæ  
alii adhuc igno-  
re.*

*Nella arteria ad  
Pulmonem tedit.*

*Maioris arteria a-  
bhorti arteria di-  
ſtributio.*

*Maioris trunci a-  
bhorti arteria di-  
ſtributio.*

*Arteria emulgen-  
tes.*

a gemi-

## Seminales arteriae

geminis producit arterias feminas, que à corpore magna arteria ortum habent, non autem à sinistra emulgentur, vt Galeno vifum est, per paucos tamen excipio: haec descendentes implicantur cum venis seminarijs tunc in mare, tum in foemella ad testes visque, & in foemini visque ad uteri corpus, & ad internam partem matris: & ab his arteriis vmbilicales fetus originem trahunt, sub hinc semina rius arterijs medio trunco alia emergit arteria, qua ad recti intestini mesenterium deferatur, & ad partem eius intefini, quod colon appellamus: qua per finistrum ileon deorsum fertur. At recti intestini arteria vna cum mesenterio defertur, quare sunt tunc venae, tum arteriae hemorrhoidales, posteriore in parte ab hac eadem arteria sub tranfuerit, & sepe arteria egredientur ad vertebrales, ad spinalem medullam, necnon ad dorsales musculos, atque ad abdominis musculos delatę. Cum vero ad penultimam vertebram lumborum prouentum est, & in nonnullis ad ultimam vñq;: primum in duos ramos, eosq; insignes dividitur, qui dextrum, finistrumq; eius audeant, superant autem ea ut venam in os sacri regione. Hi duo rami subdividuntur, descendentesq; amplius ramificantur, & ad vesicę latera, & ad vteri cervicem, & ad musculos in cōcavitate abdominis residentes: duas vero alia transirent per foramina sita in os pubis, coxendicisq; è quibus, quam primum abdomē ipsum egressæ sunt arteria mitrata ad duo corpora penis, que à summo ad imum feruntur, in ijsq; in ramos abeunt: atque haec illa, illa inquam sunt arterie, quibus crebro mentule accepta ferendae sunt: quam rem nemo, quod scia, nostris temporibus, neq; ex antiquis cognovit, aut scripsit. Quod reliquum erat harum arteriarum, per eos musculos dispergitur, qui in interiori femore positi sunt; neque tamen genu prætererunt. ab illis arteriis quis vesica excipit, alia quoq; proficiscuntur arteriae, que ad internam os sacri partem delatę, per quae eius foramina tum ad ipsum tendunt, tum ad spinalem medullam, extra vero ad musculos femori deferentes: quemadmodum à magna quoq; arteria diuisione arteria excent, que musculos femoris, qui sunt in abdomine, vitali sanguini nutritur. ex illis autem arterijs, que iuxta facrum os, coccygeumq; descendunt, nonnulli ad ~~spinae~~ musculum perueniunt vna cum quibusdam caua venae venis, que & ipsæ hemorrhoides dici possunt. Ex magna magna arteria diuisione duas infierunt arterie, que sursum reflectuntur, & peritoneum prætereunt, sub rectoq; musculos ascendunt supra vmbilicū visque: & in ramos plures finiuntur per abdominalis musculos.

10  
10  
20

## Arteria penis, per rectum, qui vñs huc usq; fuit ipso tuis.

## Vesica arteria.

30

tum ad ipsum tendunt, tum ad spinalem medullam, extra vero ad musculos femori deferentes: quemadmodum à magna quoq; arteria diuisione arteria excent, que musculos femoris, qui sunt in abdomine, vitali sanguini nutritur. ex illis autem arterijs, que iuxta facrum os, coccygeumq; descendunt, nonnulli ad ~~spinae~~ musculum perueniunt vna cum quibusdam caua venae venis, que & ipsæ hemorrhoides dici possunt. Ex magna magna arteria diuisione duas infierunt arterie, que sursum reflectuntur, & peritoneum prætereunt, sub rectoq; musculos ascendunt supra vmbilicū visque: & in ramos plures finiuntur per abdominalis musculos.

diuisione due arterie implantantur, quas vmbilicales appellamus, que primæ sunt, que a foetu ipso gignantur. Etenim haec vmbilico postquam emergerint: progrediuntur per peritoneum quā duplex est ad vesicę latera, hasq; arterias gignunt, de quibus paulo antea dicebamus: post vmbilicalum autem arteriarum ortum cor ipsum gignitur, quemadmodum tunc latius, & apertius explicabimus, cum de foetu dedita opera agemus. sed ad vmbilicales arterias rediemus. haec postquam in lucem proditi fumus exiccantur, duorūq; ligamentorum munere funguntur. Duo autem magni trunci rami, qui ad crura deferuntur, trahunt supra quintum muscleum lumbalem femur flexentem, & supra os pubis ile versus abdomen excent, & hoc loci cum venis internis focias iunguntur, quae inter musculos incedunt: & quemadmodum vena ille dividuntur: ita haec arterias diuidi complices ad omnes scilicet musculos tibie, pedis, digitorumq; ad corū enim extremitatem perueniunt. Mittunt infier arteriosas tum ad inguinalis glandulas, tum ad scrotum, tum ad pene mūbus cutē. Illud infier adnotabiles offa suis non carere arterijs, vt & ipsa calore vitali non deficitur. Atque haec de arterijs dicta sunt fatis: nolo enim inutilibus verborum phaleris, & circuitione lectorum fallere, & diutius sine fructu detinere.

Post vmbilicalem arteriam generatam cor ipsius.

Diuisio magna arteria ad crura.

Os arterijs non carere.

REALDI COLUMBI  
CREMONENSIS

DE RE ANATOMICA  
LIBER VIII.

De Cerebro, eiusq; membranis: De Spinali  
Medulla: item de Neruis. Cap. I.



Cerebrum primas tenet cerebellum.  
Ex EBRVM inter humani Corporis partes principem locum obtinere nemini dubium esse debet, quidquid cum Aristotele philosophi sentiant: quod ita esse quinq; rationibus probare facil possum. Primo mihi fitus cerebri nobilitatem, atq; illius in cetera membra principatum apte ostendit; quod illud in altissima corporis parte Deus opifex collocavit, quasi in munitione arce, vt minus eset iniurijs obnoxium. Secundo inducor à fi-

Secunda ratio.  
Prima ratio principia cerebri.

a 2 gura

Tertia ratio.

Cerebri qui fin  
propugnacul.  
Arifitoleis error  
de cune capitis.

Facilius lèdendum  
cor quām cere-  
brum.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Arifitoleis error.

Cerebri vius non  
est calorē cordis  
attemporatio.

Crafia & tenuis  
menix circa cere-  
brum.

gura ipsius, quæ rotunda, oblonga est: rotunda magis, oblonga minus; quam figuram nunquā temere effingit natura prudens rerū omnium architectonica. Tertio me mouet ratio munimentorum, & ingens apparatus, quibus cerebrum vndique stipitatum est; nam priuatum ad cerebrum ipsum pertingas, qualis ad principis alicuius maximi penetratia, bone Deus, quod atria, porticus, thalamis, pertransfundi sunt. Iam primum adiunt capilli, deinde cutis crassisima (liceat hanc Arifitoleis fallo tenuissimam esse scribere non reveratur) deinde pinguedo, deinde carnea membrana, pericranion; & periostion, & calvaria duplex, sub qua adhuc binæ meninges à 10 scipulis distantes pro cerebri tutamento confracte sunt. Ut vero capitis, vt proprio capite dictum est, ita ante composita sunt, vt diuelli, atque abstrahi nisi magna ui posint; neque cerebrum nisi ab ingenio violentia ledorat. De corde autem quid attinet dicere, quām facile per interualla coftarum ad ipsum lèdendum vel minimi quoquis instrumento perueniatur? vt video natum adeo accutate cor ipsum non valleat, vt cerebrum. Quarta ratio qua adductor, vt credam membrorum principatum cerebro deberi, est cerebri vius mirificus, quod felicitate tum sensus, tum motus principium exigit: abiq; viu enim cerebri homo efficit instar flatus cuiusdam, 20 motus, sensus, expers. Præterea fides est anima ratione prædictæ. A cerebro vius, auditus, gustus, odoratusq; & locutio proficiuntur: his enim actionibus quantum cerebrum utilitatem afferat, vel idiota ipsi norunt. Quintam demum rationem ex huius ipsius artis quam tractamus partibus, & confiderationibus sum: quibus Anatonicarum rerum infructuosissimos minime refragari posse con-fido: ea vero talis est. In hominis generatione ictus gigantur medio, & ope venæ vmbilicalis (vt in tractatione de foetu latius explicabimus) cor vero medio vmbilicalis arteria, atq; hæc tum venæ, tum arteria vmbilicalis à vasis uteri oriuntur: at neri, quos sensus, mo-tusq; instrumēta effe nemo dubitat, à foetus cerebro oriuntur. Iu-re igitur cerebrum nobilissimum est membris omnibus, & vt ita dicam, principum Rex. Quamobrem magna illud arte natura condidit: quam si Arifitoleis nouisset, nunquā cordi hanc nobilitatem afri-pisset: que cerebro propria est: neque à corde tot actions prodi-re existimat: neq; cerebrum ob cordis refrigerationem factum est, vt felicitate cordis calorē ingentem attemperaret. Sed dimisso Arifitole, cuius in hoc explosta tentia est, ad institutu redeamus. Natura circa cerebri substantiam duas apposuit membranas, crafia inquam, & tenuem, que vniuersam illius substantiam circumdant.

Ex quibus

Ex quibus crassa meninx, quam & duram matrem vocant, à cerebro ipso diffat, quemadmodum à pericardio cor. huius autē difflantia cauā est, vt cerebri diafole sytrole; locum habeat. Ut enim vidimus, non modo cordi perpetua adest diafole, ac sytrole, sed cerebro quoq; quod licet paradoxo videatur, tamē si diligenter anatomicus, & recentia capitis vulnera complura obseruabis, tam verum esse deprehendes, quām quod verisimilium, iecirco dura haec membrana calvariae cōnēctitur futuraram ope: calvariamq; egrefia pericranion creat; ita dictum quid exteriore crani partē circundet. cuis interior partē dura, quam diximus, membrana va lidissime nexus colligatur. Neq; vnicā etiā membrana, veluti qui ante me de Anatomicis rebus scripere, omnes vno ore predicant: fed duplex: vel, ut apertius dicam, dura sunt membrane dura meninx; quarum vnam internam voco, que cerebrum spectat, alteram exteram calvariam verius, que minori sensu merito prædicta fuit: quippe cui osis durities attingenda erat. Altera vero, quam interna dixi, magno sensu pollet. Hā itaq; membrana in capitib; vertice sub recta futura reduplicetur descendunt cerebri dexteram partē à finitā feungentes: non tamen ad imum vñq;, sed ad dimidium 20 cerebri quasi ad sphæra centrum dixeris: vbi corpus adest callosum dictum. Hæc membranam duplicitio, quam supra memorauit, posteriore sibi parte versus cerebrum latiore est, quam in anteriore fronte versus. Figura eius est falsis in modum, at posteriore cepitis parte haec membrana quadruplicatur: hoc est quadruplex hoc loco dura membrana cernitur, neque iniuria: nam cerebrum à ce rebello feungit. Inter has, quatuor finis, seu cauitates potius ad finum fanguinis referit, in quas tamen venæ ingulares interne ingrediuntur (quem ingressum Vefsalio in hoc parum accurato ignoravit sūisse eius scripta legens facile perspicies) & ad extremum vñq; pro-grediuntur: propterea non adest hoc loco fanguis extra propria va- 30 lā. Quod si effent, quemadmodum Vefsalii senfit, dura mater ve-narum, principium esse diceretur, quo quid absurdius dici, aut cogitari posfit nō equidem video. Sed ad prædictos finis reuertarum. Ex his duo primi ad basim siti sunt, vbi aditus patet venis ingularibus internis, quarum incepsus est iuxta occipitum, sursumq; ad apicem futore labiodis affurgunt, atq; hic dextra cum sinistra coniungit, tertiumq; finum efficiunt, qui iuxta vniuerſam capitis longitudinem progreditur, & in id foramen definit, quod in nati summate inter frontem, atq; os iehmoides possum est. Non elliq; ter-tius finus orbicularis infraham latera illius trianguli specie sunt pars superior

Dura meninx di-  
ffat à cerebro ve-  
pericardia atque.

Diallole, & syto-  
les in cerebro.

Dura mater futu-  
ra adhuc.  
Pericardia un-  
de utrū.

Dura mater du-  
plex est.

Cer exterior to-  
nata dura mater  
interno minus  
finitas.  
Vbi reduplicetur.

Figura falsis vbi.  
Vbi dura mīrena  
fit quadruplicē  
sc. cur.

Quatuor cauitates  
longiora plena,  
quadriplicatæ  
tate dura materis.  
Ingularis vena-  
rum ingressus.  
Vefsalij error.

Ductus Vefsalij  
ad inconuenientia.

Duo primi finis  
inter meninges  
duram quadru-  
plicem vñ.

Ter-tius finus vñ.

Tertiū finus figura-  
tionalis.

*Ortus venarum erga  
per tenem os-  
branum differ-  
guntur.*

*Cerebrum à qui-  
bus aliis venis.  
Olla capitae qui-  
bus venis nutrita  
est.*

*Quatuor sinus du-  
rae matris dupli-  
catae.*

*Linson seu torcu-  
lar quid.*

*Venarum a recu-  
lari deducuntur.*

*Descrip. pia  
matris.  
Pia mater con-  
tione immediata  
re tangit.*

*Chorion.  
Cerebri substan-  
tia qualis.*

*Figura cerebri de  
pta piamare.*

*Cur tot circum-  
volutiones in ce-  
rebro causa dup-  
licita cauli.*

*Reprobatur tertia  
caula.*

*Situs substantiae  
cerebri.*

*Aristotelis error.*

*Cerebri pars po-  
sterior non est  
inanis.*

*Duo ventriculi ce-  
rebel.*

*T*HORACI nervi multo minores contigere, quam manus, neq; 30 enim tantos esse necessarium fuit, fuit autem vniuersi paria vndecim, non duodecim ut Vellalio placuit, quem miror non animaduero, cum tamen oculatus simus fuerit, vertebrae licet duodecim numero sint, tamen foramina vndecim habere, non plura, totidemq; esse costarum intertalia. Oriuntur hi quoq; à spinali medulla, ex eis vero est foraminibus vertebris thoracis communibus: neq; tamen ab his vt à nervis manus rete constitutur, & ne longam adeo prolixamq; de nervis thoraci historiam texamus (quo enim patet posse multis prolixitate effugere, si vnumquemq; sigillatum & seorsum describeremus) de omnibus simul haec auditio. Post eorum egredie- è for-

*Cur de nervi tho-  
racis agit in vni-  
uersem.  
Dissic & distribu-  
tio.*

*207*

è foraminibus vertebrarum bipartitos cernes, nō tamen æqualiter, etenim ex his alter maior, alter minor exsift, & alterum anteriora verius, alterum verius posteriora reflecit secando facile cernes. anteriores igitur sub costis progrediuntur per partem inferiorem, vbi sinus illi per costarum longitudinem cernuntur, de quo in libro de Osibus proprio capite loquuti sumus, atque hoc comitantur rami venae fine pari, nec non rami arterie magna, que tria vasa, nervus inquam, vena, atque arteria, per eundem locum transeunt, nimirum sub fuccingente membrana à vertebris ad sternon vsque, iuxta 10 longitudinem costarum atque earum cartilaginum, tanquam linea parallela & aquilatibus prope musculos intercostales incedunt: in quos externos inquam, atque internos ramulos mittunt, qui musculi numero fuit sexaginta octo, ut in nostro tractatu de musculo latius explicavimus, præter hanc quam haecens descripsimus neruorum thoracis distributionem, alij sexto thoracis muculo sensum afferunt in parte eius interna collocato, quiq; anteriora ipsius constringit. A superioribus autem nervi fluunt per primum humeri muculum, nec non per secundum scapulae deinde ramuli alij proficiscunt ad mammillas & ad mammilarum papillas deduci ex his 20 nervis, qui ordine consequuntur, deinde deorum magis à nervis qui in media thoracis regione collocatur pullulant nervi qui ad musculos abdominis obliquos descendentes demittuntur, in quo magnorum fuit distributio. A postrem autem thoracis nervis alij deciduntur, quibus gauder septi trânsversi pars carnea. Quod restat horum anteriorum nervosum tum ad cutem thoracis, tum ad partem cutis abdominis distributur. Nervus item mittunt ad musculos œsophago subfratribus, & ad radices costarum. cum his autem nervis sexta neruorum cerebri coniugatio implicatur. Altera horum thoracis neruorum diuiso ad posteriora ipsius reflectur, & à superiорibus enixa nervi sensum deferunt primis, secundisq; capitis muculis, ad musculos ceruicis ad quintum fextumq; humerum circum agentem, ad primum & quartum scapulae, ad thoracis tertium, & ad scapulae cutem, alij proficiscuntur ad musculos dorales, & ad quartum thoracis ad cutem doris distributur. illud tamen animaduertendum est, hanc cutaneam neruorum distributionem non esse in omnibus æqua, propterea neq; hic, neque alibi in alijs corporis partibus superficialijs certo ordine atque examini im describi ab Anatomo quantumus accurato potest aut debet: nam neq; certū ordinem, neq; numerum certum obseruare possimus, quoniam nunc in plures ramos, nunc in pauciores sece trunci exerunt atq; explicat, & nunc

*Cerucae distribu-  
to nervorum nō  
est in omnibus  
eadem.*

& nunc altius, nunc declivius eorum sit distributio atque iter.

De Nervis lumborum. Cap. VII.

*Cur post nervos thoracis agas de nervis lumborum.*

*Nervi lumborum maiores nervi thoracis.*

*Cur first quinque pars nervorum lumborum licet quatuor tamen sint foramina in vertebrae lumborum.*

*De primo pari nervorum lumborum.*

*De secundo pari nervorum lumborum.*

*Error nonnullorum*

*Quid sit crema-*  
*tritis.*

**Q**VONIAM Lumborum regio, vt in libro de Ofiibus dicebatur, thoracem immediate sequitur, post historiam de nervis illius, lumborum nervos describere operae premitum duxi. Sunt lumborum nervi thoracis nervi maiores. & quantum ratione superius adducta, dum de numero neruorum thoracis loqueremur, cum in quinq[ue] vertebris lumborum quatuor duntaxat foramina reperiatur, 10 quatuor neruorum paria solum, non quinq[ue] esse debent, sunt tandem coniugia neruorum huius partis quinq[ue] numero, quoniam inter extremas thoracis vertebras & primam lumborum incedit primus nervorum par, quod cum ab ultima costa recedat inter lumborum nervos portus quam thoracis adnumerandum est. adde quod ventri in inferiori defertur non thoraci. Hec itaq[ue] prima coniugatio neruorum, qui lumbi additici sunt, egreditur per foramen illud commune, quod est inter duodecim thoracis vertebram, & lumborum primam, tenuis est fatigatus & sub peritoneo progrederit. post egressum funditur in ramos binos, quorum alter alterius major exsistit. 20 qui maior est ad anteriora quadem fertur, sed prius ramulos patit in principia septem trascueri: quod septum a corporibus vertebrarum lumborum exoriri suo loco dividit, alios insuper ramulos mitit ad principia quinti femoris musculi cognomento lumbalis, & alios ramos ad musculos abdominis. qui vero est minor nervus ex hac prima coniugatione ad posteriora reflexus in musculos dorfi terminatur. Secunda coniugatio exire inter primam secundamq[ue] lumborum vertebram, sub peritoneo graditur, & sub quinto femoris musculo, quem ab hoc quoque coniugio ramuli innimiturunt. affligit deinde, sub peritoneo tamen, & a summo ofsis iij ramus deciditur, 30 qui abdomen exiliens primis femoris musculis & tibie sexto senum motumq[ue] afferunt, at ramus aliis mittitur ad extum musculum femoris & ad tibie primum, superataq[ue] parte superiore ofsis iij ad femoris cutem, ab hoc eodem secundo pari exoritur nervus tenuissimus, & oblongus, qui vafa feminaria comittatur, & tandem in teficulū definit, quem neruulum nonnulli cremainstas appellant, qui mire decipiuntur: neq[ue] enim nervulus hic quem nunc describimus, neq[ue] vafa feminaria cremainstas dixeris, sed fibras illes carneas in darto collocatas: ille fibræ carneæ, carneæ inquit ille fibræ darti, cremainstas vere sunt, non vafa feminaria aut nervulus in testem immisus.

Exit

DE CEREBRO ET NERVIS LIB. VIII. 209

Exit tercia nervorum lumborum coniugatio inter secundam tertiamq[ue] vertebram, sub peritoneo defertur, necnon sub quinto femoris musculo. Primus ramus qui ab hoc coniugio deciditur, transit sub os pubis proprie lumen os, atque hic bifurcatur (cur enim voce in scholis nostris trita non vtratur?) atque eius pars altera per superiora fertur curte tenui in genu ipsum definens, altera comittatur venâ saphe- nam nuncupatam, reliquam portionem huius nervi post dorsales musculos cutemq[ue] reflecti videbis. Quarta coniugatio est tercia quartaq[ue] vertebræ emergit (est autem lumbalium nervorum maxima)

10 fertur sub quinto musculo femoris, & sub pubis os, comiterq[ue] co- mitatur venam atque arteriam in ipsum inguen: quo loco nervulos profert qui tun peni, tum scroto deferunt, sed curante sunt, neq[ue] profundiora petunt. in hac eadem inguinis regione in septem postmodum ramos fecatur, qui ad omnes anteriores musculos diltribuuntur, qui partim tibiae, partim femori famulantur. Ex his ramis nonnullos ad genu vifque defendere obseruantur. Quinti paris egressus est inter vertebras quartam ac quintam, deinde in duas partes infar aliorum diuiditur. iter maioriis nervi est sub peritoneo versus anterior transiens per foramen situm inter os coxendicis pu- 20 bis, atque ilij, atque hinc nervuli deciduntur ob nonnum decimum musculum femoris, quod in giryum mouet. nec non alios ad septimum & octauum femoris ciuilem, & alios ad penis musculos, item ramos alios ad vesicam mittit, & in mulieribus non modo ad vesicam, sed ad uterum quoq[ue] cui præter fextum par neruorum cerebri ab hac etiam quinta lumborum coniugatione nervuli obtigeret, atque haec pars de prima parte. Secunda vero reflecitur post musculos dorfa- les, & ad cutem, quod a quarto quoque coniugio fieri dicebamus. Atque hic fuit quam brevissime descripta quinque paria nervorum lumbalium, à quibus prius quan discedo adnota illi postea quam 30 exilere, primum par cum secundo connecti, secundum cum tertio, tertium quartu, quarto quintum eodem proflus patet: que impli- catio similis est brachii nervorum implicationi. Notandum in- super est licet hæc quinq[ue] nervorum coniugationes defri- périmus, non inueniri tamen in omnibus hominibus totidem, cum quandoque quatuor duntaxat inven- niantur: propterea cum quartu & quintum par in nonnullis vniuant, ex hinc duo bus vnum duntaxat par reful- tat, & efficitur.

*De tertio pari ner- vorum lumborum.*

*De quarto pari neruorum lumborum.*

*De quinto pari neruorum lumborum.*

*Quonodo hæc pa- tria nervorum lumborum con- ceditur.*

*Lumborum nervi non sunt tempore quinque paria.*

## De Nervis ossis sacri, &amp; Pedis. Cap. VIII.

Oras.

Nervus ossis corporis maximus.

Musculus iliacus.

Vtius iamenti in  
er tibiam &  
fibulam.

**C**VM hi nerui particulatum & accurate describi consueuerint, nos eisdem ordinem sequentes, de his distincte quantu in nobis crit agere conabimur: qui nerui, pedis etiam nerui non iniuria dici possunt, sciendum itaque hocce exire inter vlimas lumborum vertebras & ossis sacri summitatem, item à primo, secundo, tertioq; ipsi ossis sacri summittate, at quum primum haec quatuor neruorum principia exiure vinuntur, maximum nostri corporis neruum constituentes, qui sub peritoneo ab interna abdominis parte ad externam repit verius clunes, transq; inter coxædemic & cocigem supra quartum musculum illum, à quo femur circumagit, vbi exiit prope maiorem trochanteria nonnullos mittit neruulos ad tres musculos à coxendice exortos tibiam flententes, alios quoque ad ostantum liuidum dictum musculum, qui & ipse oritur à maiori trochanteria, deinde recta pergit, per posteriora femoris inter quartum, quintumq; tibiae musculum, pene ad flexuram ipsam genu: quo loco in duos infiges ramos diuiditur, ex quibus alter maior, alter minor cernitur. maior posteriorem, minor anterioriem tibiae partem occupat: maior rufus sub flexura genu neruulos mittit ad primos musculos extremiti pedis. A minori autem trunco neruulum exortum cōspicies, qui in musculum sub poplite latitante inferiorem, & aliud in tertium musculum ab exteriori femoris capite exortum. Sed postquam maior truncks flexuram genu præterit, in alios neruos subdividitur, quorum ramus vnuus tendit sub duobus primis musculis pedis, quorum parte carnea præterergressa sub cutem repit, in qua per posteriore tibiae properat ad extremum vñque pedem. ab altero ramo emanant surculi ad quartum musculum, qui inter posteriores tibiae musculos maior exilit, deinde per posteriore interioraq; tibiae delatus iter habet sub interno malleolo, tendens sub pedis plantam, neruos ad cutem emittens primo ad primum, secundum, & tertium pedis extremum musculum, deinde ad omnes illos musculos parvulos in ipsa planeta delitescentes, deinde diuiditur adhuc in neruos decem, ex quibus duo per vnumquemq; digitum ad eius extremum vñq; deferuntur, ramuscules interim ad cutim illorum spargentes. Alter vero ramus profundiora penetrat, & permeat inter tibiam fibulamq; ligamento illi adhaerens, quod inter tibiam ac fibulam sitū est proprio tractatu auditus (quo ligamento posteriores musculi ab anterioribus diuiduntur.) mittit quoque neruulos ad quintum, sextum

## DE CEREBRO ET NERVIS LIB. VIII. 211

sexturn septimumq; pedis musculum. Alter truncks minor sub fibule appendice præterlabitur, ad anteriorem partem delatus, quo loco neruulos profert, qui musculis tum à tibia, tum à fibula exortis dicanter: truncks vero deorsum descendit per ipsius fibulæ anteriora. Quamobrem hic maximopere animaduertas velim lector candidissime, hoc enim scitu est tam necessarium quam quod maxime, si cauterium fieri oporteat, vrne ad fibulam accedit, sed ad tibiam duxat, neque hoc fat est scire quo loco sit faciendum sed addito dum sit cauſticum, primum musculum præterea cautio est; nō si magis penetrat hic neruus quam nuper diximus laderetur, quo lazo gravis symptomata conseqüi solent, vel fatem cauterij locus nunquam pene dolore aliquo destitutus. Reliqua portio neruus huius deorum fertur fuli ligamento, parteq; pedis anteriorie transit sub externo malleolo per extremiti pedis superiori: & ex hac fede surculi mandantur decimoctauo pedis musculo, quod superest in decem nervos separatur, qui in extremito digitorum inferuntur, & desinunt. ab hoc codem trunco neruulos aliis cutaneis proficiunt, qui ad extremum pedem vñque progredit. Post tria foramina ossis faci, sequitur quartum, & quintum in quibulam, que diuerterat a vario ossium facrum constitutum originem ducit: neque enim in omnibus idem est, nam in aliquibus quinq; ossibus conflat os facrum, in alijs sex, leet nunquam inuenire possis os facrum ex tribus tantum ossibus constructum, vt Galenus fallo existimat si hominem descripit, sed simius non hominem descripit. In cadauere igitur cuius facrum os quinque ossibus cōfert quatuor aderum foramina, quod numero cōfert quinq; foramina videbis, que sita sunt inter os & os, vt abunde suo loco dictum à nobis est. Igitur ex duobus foraminibus subsequenteribus egrediuntur duo alia neruorum coningia, quae post egressum ipsa quoq; vniuersit neruum gigantia, qui reflectitur & ad musculos narrati distribuitur, necnon ad cutem illarum: in internam quoque abdominis partem mittit neruulos ad musculos recti inteflini, & in non nullis non modo ad hos, sed ad vesicæ quoq; musculos, immo in nonnullis foemini ad uterum quoq; aquæ ad vteri ceruicem, item ad earum vesicæ musculos. ali quoque surculi ad perineum atque ad scrotum deferuntur. E posteriore vero parte ossis sacri per ea foramina neruuli profiliunt parvi admodum breuesq; qui ad musculos dorsalia ad nates ad posteriorem cutem delegantur. Et quoniam Galenus aliq; Anatomici de neruo quodam loquuntur, quem inconjugatum vocant, secundum ipsorum sententiam, si vera est, in extrema spina

Cauterium in crura  
rebus facientibus,  
& quantum prou-  
fundum.Os facrum non cō-  
flat in omnibus  
totidem ossibus.Nervi posterioris  
partis ossis faci.Nervus inconjugata  
tus secundum Galen-  
sum vbi est.

d 2 nalis

*Nervus inconspicuus non datur.*

nalis medulla parte deprehenderetur. Ego vt ingenue fateor huc celebrem nерuum inconspicuum hoc loci nunquam compere possum, liceat accurate secuerm huius vniuersitatis gratia se numero, sed in omnibus quo haec tenus feci penes innumerabiles, compere extremam spinalem medium in furculos complures dextros ac sinistros distribui, qui deinde per quartum femoris muscolum disperguntur, & per cutem que inter nates & ad anum vlg: procedit. De illis autem nерiorum conjugationibus sibi coccige prætereuntibus, quas Ga-  
tem fominauit nihil attinet dicere, propterera quod nufquani in ho-  
mine reperi possunt, cum non adint. fed priuilegium à nерiorum 10  
historia dictedamus illud adnotes rogo, in quois humani corporis  
musculo quamus minimo suum nерuum adesse, quod minimu est.  
nam in aliquibus nervos duos, in alijs tres, quatuor, ac nonnunquam  
quinq: videre poteris, neq: iniuria. si enim nervi carerent, muscu-  
li nequitquam essent, quamus oppositum Vesalius nostro videatur.  
cuius opinio in hoc imaginaria potius quā vera exigit, forte es alio-  
qui indecessus in nерiorum distributione, qua mihi admirabilis esse  
videtur, cum secundo defessus est scriptum reliquit musculos ali-  
quos abq: nervi reperi. Quoniam vero nos in nostra historia  
de fabrica Humani Corporis cerebrum ipsum nерuum originem 20  
diximus, vt reuera exilit, co: autem arteriarum originem, & ve-  
narum iecur, non defuturi exilimo qui huic nostrae opinioni aduer-  
tent probantes nervos arterias venasq: spermaticas feminariasq:  
nostrorum corporis partes neque à cerebro, neque à corde, neque à ie-  
core exoriiri posse, fed à femine duntraxat. Sed nos, qui solidam  
Anatomam profiteremur, sensuq: vegeti vti in humanorum cor-  
porum dissectione conamur, has futilles & apparentes  
ratunculas cum rei veritate nequaquam confen-  
tientes, & medico futuro inutiles, tanquam  
nullius pretij, bona lectorum 30  
venia recimus.

Galeni error.  
Conjugationes ner-  
vorum sibi cooc-  
ge in brevis non  
inveniuntur.  
In omni musculo  
adsum nерuum  
vel plures.

Vesalius eror.  
Vesalius excusa-  
tur.

Negligenda fer-  
tilia quadam argu-  
menta, & arguio  
la medico viro.

# REALDI COLVMBI CREMONENSIS

DE RE ANATOMICA  
LIBER IX.

## DE GLANDVLIS.

LANDVLIA nihil aliud est ( vt ad eius descrip-  
tionem immediate deueniamus ) quam corpus rotundum, oblongumq:, quod plurimum  
est rarum, & poris retortum, ductus in locis  
varias ob caulis posita fuerit adenes, sive gla-  
ndule. est enim eorum multiplex visus, aliae ve-  
nis, & arteriis instar lectuli sternuntur, vt illas  
detineant, aliae vt fædes vacuas repleant; non enim  
datur in natura vacuum; aliae vt humiditates súcipient, & contine-  
ant; ne ob motum loca exsiccarentur; aliae vt excremantia súcipient.  
20 atque id genus glandulas, sive adenes in varijs corporis nostri par-  
tibus repertas. Prima in calcaria hoc pæsto, vna in cerebro, hoc  
est inter cerebrum, cerebellumq:, quam comarii pineale appellat,  
de qua in tractatu de cerebro verba fecimus; hec sphærica est, ob-  
longa tamen: alia in fella sphenoïdis extra cræfam membranâ iacet,  
in quam peluis, sive infundibulum definir. Quid autem sit fella cu-  
realis, dictum à nobis est in lib. de Ossibus. & hac illa est glandula  
cerebi excremantia súcipient, que polmodum ad nafim, pal-  
atumq: transmittit. In oculi vero orbita quatuor adstant glandule,  
duæ tincillæ singulæ orbitæ, dextra, finitraq:, due inquam supra,  
infra reliqua. quo loco posita sunt à natura, vt humiditatem super-  
vacuum ad oculos tendentem súcipient, illosq: humectaret, atq;  
irrigaret; ne eorum motu adeo frequenti nimis exsiccarentur; itaq;  
moueri deinceps desinenter, ha: illæ sunt, qua mærore, aliae cau-  
fa constricta lachrimas exsunt, atq; effundunt. Binæ alias glan-  
dulas habet pharynx parihinc dictæ cerebri humiditatem súcipientes,  
partesq: illas humectantes, qua humectatione maxime in-  
digent, cum continenter laborent nobis nunc loquenteribus, nunc  
edenteribus, aut inspirantibus, aut exspirantibus. Alias insuper sub  
radice lingue compertes, que in nobis paruæ sunt, quarum ea-  
dem est cum prædictis utilitas. duæ aliae hærent laryngi, atferæq;  
arteriæ



*Substantia glandula-  
ria qualis.*

*Visa glandularum  
multiplex.*

*In natura non da-  
tar vacuum.*

*Prima in calcaria.*

*Glandula in fella  
sphenoïdis súcien-  
tia cerebri.*

*Glandula circa o-  
culos viva du-  
plex.*

*Lachrimæ unde flu-  
ant. Parihinc lpha-  
rynge cur polita  
bit.*

*Glandula sub lin-  
guæ.*

*Cur larynx videtur  
promovere mictio-  
nis in viris quia in  
feminae.*

*Thymus sive la-  
ctes sive ingulis.*

*Glandula circa os  
phragmam cur-  
rit tot glandulae  
per mesenterium.*

*Affectionis & pa-  
creas maior por-  
tio inter ventri-  
culum & spinam.*

*Parafolias & af-  
flictiones.*

*Telos multorum  
& marium inter-  
adens postulat  
communicari.*

*Cur sunt post au-  
tes glandulae.*

*Parotides unde fi-  
ant.*

*Emunctoriorum cor-  
dis.*

*Iccoris emun-  
ctorium.*

*Glands penis mini-  
ma consummata  
de inter glandulas.  
Salivaria glandula  
lata equalis.  
Oncus quod trans-  
mutatur in cor-  
pus in culmine ma-  
tatur.*

arterie, qua' femini sunt, quam viris crassiores; hinc laryngis pars prominentia in paucis mulieribus conspicua est: nam ab harum glandularum crassitate occupatur, & sub ea latitat. sub ingulis item, vbi vena cava in axillarem, & iugularem fecatur, aliae adiunt, in nobis tenues, crassae vero in bruis, que lactes dicuntur, & thymus. Rursum in Thoracis cauitate due aliae conspicuntur medio oesophago adinxia, vt ab eo continenter oesophagus humectaretur. ita enim cibus faciliter pertransit, delabaturq; at in abdominis concauo, non die sed pptermodi innumerabiles reperiuntur per mesenterium dispersae, ob diuisionem tum venarum, tum arteriarum. inter quis insignis 20 quidam est sub ventriculo, tum ob vena porta diuisionem, tum ut ventriculi propanulum foret, ne is spinam contingens ledere tur. his nomen est pancreas, hoc est affluius. Ad radicem penis, vesiculae; extremum, hoc est ad vesicam collum binarum adiunt glandulae crassifusculae, que parafolias, hoc est absidentes vocantur. he semen suscipiunt, & continent: si quicquam est, cui testes tum marium, tum feminarium inter glandulas communare libeat; huic per me adiuvaret licet; nam substantia testium a glandularum subfascia parum differt. Nunc, poitequam internarum glandularum historiam expediimus: operae prestitum videatur de externis quoque meminisse: 25 deci illis primis, que post aures sita sunt. Scendum itaque est penes aures, nec non sub maxilla inferiore multas adesse glandulas, que tum venarum, tum arteriarum diuisioni, tum quibuidam cerebri superfluitatis fulsiciendis deferuntur: propterea emunctoria cerebri appellantur, haec sunt fatus insignes, & crassae fatus: in quibus frequenter fit illud genus abcēsus, quod a loco parotidas Graeci vocant. Præterea sub axilla non paucæ adiunt easdem ob causas genita, quas supra memorauimus; qui locus cordis emunctoriorum appetellatur. In ingue etiam inter abdomen scilicet, & femur mulieris glandulas obseruare poteris iijdem rationibus, atque visibus 30 brefactas; & hanc regionem iccoris emunctoriorum vocant. Nec defunct glandulae in flexura tum cubiti, tum genu, fed parvae, ob vagorum diuisionem factæ: atque has glandulas in omnibus pasim congeries; fed in quibuidam prater has in collo, brachii, cruribusq;. Sed quoniam hoc raro evenit; harum historiam prætermittendam duxi. Pena autem extremitas licet glands nomen obtineat; tamē glandula substantiam nequaquam obtinet. Sed manūlārum substantia tota glandulosa est, ac pinguis, prater papillam, quas glandulas natura candidas esse voluit, vt languinem rubrum in album lac vertere facilissime possent. etenim in humano corpore quodcumq; transf-

transmutatur: in colorem transmutantis transmutatur. Posita autem sunt mammæ glandulose, vt diximus, in anteroiore thoracis parte tū ob venustatem, cuius ratio habenda erat, tum vt lac commodius infanti præberetur: & inter cutem, membranamq; carne posite sunt. Atque hæc haec tenus de glandulis humani corporis.

*Cur mammilla  
in thorace.*

## REALDI COLUMBI CREMONENSIS

### DE RE ANATOMICA LIBER X.

#### D E O C V L I S.



20

*Oculi nobilitati-  
mi.*

*Oculi organa vi-  
sionis.*

CVLI in homine magna sunt, atque adeo in-  
gentis nobilitatis, cum insignis, & dilectæ ab  
omnibus visuæ virtutis organa exstant, ma-  
ximo propterartificio à Dei optimi maxi-  
mi maiestate, ac sapientia creati sunt, & in se-  
de fatis tuta sit, eaq; nostræ corporis eminenti-  
tore, vt instar boni custodis effent, & tanquam

speculatores, quos videmus dum ciuitates atq; oppida custodiunt,  
aliora loca ascendere, vt longius propiciant. Penes cerebrum ve-  
ro locatos sive oculi quid mirum? cum à cerebro ortum ducant.

Animauertendum itaque est natum binas ciuitates in capite, ma-  
xillaq; superior exculpsificare, vt tuto in loco collocarentur, multisq;

30 illas propugnaculis circumscriptisse: supra namq; os frontis, super  
ciliaq; collocavit, infra os primum superioris maxilla, nec non os  
maxilla, hinc nares, & ingulis, os, præterea palpebras cartilagineas,  
musculos ipsas constringentes, ciliaq; vt ipsi visui dirigendo defer-  
irentur. oculorum forma in homine vere sphærica est, idq; diligenter  
obseruato, nihil enim in homine, cum ab oculo discesseris, vere sphæ-  
ricum est. At aliorum animalium oculi non sunt vndiq; orbiculares,

sed vel obliqui, vel depressi: neque id mirum est, cum hominis figura  
raro interruo, ut reliquis distet animalibus. Scito præterea ne-  
minem ante me hominis oculum descripsisse, sed omnes beluinium

oculum descripere, magno & turpi errore, in quem ipse quoq; Vef-  
falus

*Quæ & quæ sine o-  
culorum propa-  
gundula.*

*Cilia visum diri-  
gunt.  
Oculus hominis  
vere sphæricus.*

*Alij Anatomici  
brutorum oculos  
descripere.*

fallus incidit, in eius vniuersa pene formatione cum alijs Anatomis deceptus, quod verum esse facile perficiens, si Galeni, Vesaliij, aliorumq; Anatomicorum historiam de oculo cum nostra contuleris, & profecto non leuter hi homines accusandi sunt, Galenus præfertim, & post ipsum Vesalius, qui tantam rem, tam illuftram, tam optatam, tam negligenter scribendam putarent, beluimus oculum pro humano dissecantes, quo loco oculi siti fuerint & cuius visus gra tia, visionis scilicet, nemo est qui ambigat: quomodo autem visio facta, non est facile explicatu, & adhuc sub iudice lis est; alij namq; videtur visionem fieri per emissionem, alij vero per innisionem 10 excludantur: quod argumentum nunc non est difputandu locus. Illud praefactum tractationem scire est, oculos videndi causa factos, que res ita est homini necessaria, vt qui illa vel natura, vel casu, vel agitudine orbatis sunt, se infelices appellant. Huiusdem autem facultas a cerebro proficiscitur a visuis spiritibus per opticis nervos ad ipsos delata, quos neruos crajos esse, molles, porosos raraq; textura esse diximus, necnon a membranis tum dura, tum teni intuleros, qui ab interiore cerebro ad basim exquiruntur, & sphenoïdes os per sua pilorum foramina orbicularia penetrantes, in internâ oculorum cauitatem defuntrunt, ibiq; membranam amphiblitoïdram 20 nunc upatam constitutunt. Oculi itaq; ex multis partibus constat. Ex quinque musculis minirum, membranis sex, tribus humoribus, ex neruis, venis, arteriis, glandulis multaq; pinguedine circumquaq;. Ex musculo oculo defrumentibus, quos in nostro tractatu de muscu lis quinque esse diximus, quatuor ita dispositi sunt, vt in quatuor angulos distributi videatur, supra, infra, & dextris & sinistris, quorū exortus a sphenoïde, durat, matre oblongi sunt, fibrisq; rectis cōstant, & substantia pilorum in finibus explicates, tendineam membranam constitutum, que in corneam post iridem definit, quorum 30 vnuiqui, cum forclum & abz; reliquorum ope sum officium facit, oculum trahunt, vel sursum, vel deorsum, vel dextorum, vel leviorum: at si eodem tempore in agenda coeant, tunc oculum si- fluunt: cum vero non vna agunt tempore eodem, sed successi ab ijjidem, quos diximus musculis quatuor, oculus in girus vertitur, quoniam motuum dispari tempore diuerterit in illis quoq; quatuor musculis obseruabis, qui brachiali mouendo addicti sunt. Itaq; ab ijjidem motoribus diverso modo se habentibus variis edi motus nullo pacto absurdum esse videri debet. Quintus vero oculi musculus, quem ego primus inueni, oculi dimidium & amplius amplectit, tranferi posse, qui tamen nullo pacto despiciendus erat, cum nobis oculi Realdis primis inueni.

lifissimæ

lifissime actionis gratia sit a diuina prouidentia constitutus: nam, vt inquit Poeta ille,

Pronatū cum spēctent animalia cetera terram,  
Os homini publīme dedit, cōsumq; videre

Iufit, & credos ad sydera tollere vultus, at huius musculi beneficio celsi ac beatas celerū intuemur, opificemq; uniuersi pure fandeq; uenereumur; cuus nutu machina tanq; operis capta perfec-  
taq; est, cuiusq; bonitate mouetur, seruatq;: neque solum atloli oculos ab hoc quinto musculo potest, sed etia fulti, & in girum ver

10 ti, & in fua sedē immotus contineri, ne huc atq; illuc temere flecat-  
tur. Illud præterea meministi oportet, secundum neruorum coniugium in his musculis distributis, quos inter, & oculum neruūmq; opticum magna pinguedinis portio collocaretur, ne asiduo & per petuo fere motu oculi exiccatetur, atq; tabesceret. Adiunct etiam binz glandule, quarum altera supra est, infra altera, per quas la-  
chrimes misericordia ducti effunduntur, vel callidi mullerulari oculos exterendo exprimitur, ut ab amatoribus aurum extorqueant. hq; glandula ut oculum ipse quoq; irrogent facte fuere. Ex fex oculi membranis plurimi extra extor, plurius nominibus infinita: nam 20 adnata, alba, adhaerens, & coniunctiva appellatur, haec tenuis est & candida à pericranio ortum ducens, & in maiorem iridis circulum definit: est autē iris in oculo circulus ille uarij coloribus refertus, que colorum varietas (quicquid haec de Aristotelis uidetur) uece membranae, non humoribus (ut ille uoluit) accepta ferenda est: que ueca non est in omnibus hominibus concolor, nam in hoc nigror est, in illo magis albicat, in alio carnea, aut auria cernitur. Iridis uero nomen in oculo, à celestis iridis similitudine translatum fuit, at quod in oculi centro uides in puncti perimigrum, pupilla nuncupatur, cuius ope videmus. Licit autem pupilla nigra admodū appareat tamen neq; ipsa, neq; quicquam, quod eidem subfit, atru est, sed pellucens atq; perpicuum. Secunda oculi membrana nomi ne caret; neq; id mirum est, cum haec nomen incognita fuerit. haec à nerueis musculorum oculi tenuitatibus giginitur, & sub adnata termi natura prope iriden. Membrana tercetta ceratois, id est cornea, durat, dicitur. dura etenim crassat, exigit, cum à dura matre exoriatur. ab hac membrana ceratoide forma oculi constitutur: vnaq; est sui exortus ratione. Arabes autem Anatomici vnicā fidelia duos paries dealbantes partem anteriorem corneam, quod infar cornu per linceat, posteriorem sclerotica durius appellant, sed una dunctat, dicitur, non due, & à dura membrana ut dicebam proficiscitur.

Scendunt par nec  
in oculorum musculis in  
serice. vñas  
oculii fabrica.  
Glandula in  
oculi fabrica  
est.  
Intra oculi unde re-  
primuntur.  
Glandula oculi  
in levitatis visu.  
Ductus glandularis o-  
calorum.  
Prima oculi mem-  
brana nonna.  
Coniunctiva oculi  
ab iride depre-  
rito. Iris in oculo quid  
est.  
Aristotelis error  
de Iride oculi.  
Vira nō est in om-  
nibus concolor.  
Tenuis oculi etho-  
mologus.  
Pupilla quid sit.  
Pupilla nō est sita  
De fœcida mem-  
brana oculi.  
Secunda membra-  
na incognita alios  
nam.  
Oculi & inferio-  
ris.  
De membrana ter-  
cia.  
Onus.

Ceratois confi-  
tus formans ou-  
li.  
Arabicus error in  
sorites.  
Cornea vñica est.  
Cornea qualis sit.

e Ceratois

Vitis quinti mu-  
leculi oculorum.

**Cornes membran-**  
gen visitantes.  
In cornae quid cō  
tinente.  
Do maria mem-  
brana oculi.  
Nomina.  
Originis effici-  
entia.  
**Interior.**  
Quanta membra-  
na non ambit to-  
tum oculum.  
  
Vbi quanta mem-  
brana sit duplex.  
  
Cur vaea dicuntur  
quanta membrana.  
Colores in vaea  
varijs in homine.  
  
In bove colores  
vuae plurimæ  
in homine.  
Vitis membrana  
in pupilla.  
  
Cur deficiuntur  
oculis claudam-  
nas.  
De quinta mem-  
brana oculi.  
Retina origo &  
distantia qua-  
lis.  
Situa.  
  
Situs retinæ ratio  
reditus.  
De fracta membra-  
na oculi.  
Nodus ethimô.  
Orus.  
Substantia.  
Qualiter compar-  
atur ad araneam.  
Vitis aranea.  
Vessalus in ar-  
anea membrana  
obscures.  
  
Galeni error in ar-  
anea membrana  
Idolam visionis  
Galeo quid.  
Mêvam aranea  
vnica eft.  
  
Membrana instar  
ciliorum de qua  
Vessalus non eft  
quid diffidunt  
a membrana del  
criptis hademus.

Ceratois anteriori in parte diaphana eft; perpicua, & instar cornu luctuosa, & fabtilis, quo loco iris necno pupilla sita eft; hæc oculum fiftit, neruum opticum insuetum, & oculum: intus concava eft, & in ea tres humores, tresq; alia membrane continentur. Quarta oculi membrana vaea dicitur: dicitur & corion, hoc eft secundina & coriformis: à tenui meninge ortum ducit, primumq; neruum opticum insuetum, deinde sub cornea dilatatur & ad anteriora vij; porrigitur, verum oculum vniuersum non ambit quemadmodum cornæ facere diximus. postea vero quām ad pupille locum peruenit, quæ vaea forma, atq; effingit, versus polteriorum partem re- 10 flectitur, & ad iridis principium progreditur, ibiq; duplex efficiuntur atque à cornæ toto illo intervallo, quod diaphanum eft, abscedit, licet in alijs partibus non parum illi connectatur. Vaea nomen fortia eft, co quād vaea granum videatur esse, cui capulus ademptus fuerit, in hac, vt dicebam, magna colorum varietas spectatur. in hominis namq; vaea nigrum colorum cernes, punicum, ceruleum, rubrum: at in bove, præter hos virideum & cianœum, ex qua colorum varietate deficiuntur oculi recreantur: propterea oculos claudimus ut spiritus vifui ab hofce multiplices colores conuerſi recurrentur. Quinta oculi membrana amphibylifroides, hoc eft retina dicta, ex 20 ipsam visorij nerui substantia elicitor, fed si proprie magis loqui volumus, retina hæc nō eft membrana, sed res mollis, & alba, quā si colligatis, atq; vnâ politam speciem cerebri substantiam iudicabis. hæc intro magis quam vaea facit, paulo vterius progreditur, oculi dimidium penes vitreum humorum natura vaea collocavit, vt alienum ad ipsum deferret. Sexta membrana arachnois græca latiane aranea dicitur, nam aranei telam præ se ferre videatur. Oriuntur & ipsa à tenui meninge: tenuissima splendensq; eft, illis pelliculis immillima que in caparum interuum cernitur, vrias eius eft vt humores vitreum, & crystallinum complectentur. Vessalus alioquin 30 magnus Anatomicus in hac araneiformi membrane describenda perplexus eft, & nullo paço perpicuous: nam & ipsam temere diuidit, deinde ignorare videtur ab hac vitreum humorum circundari. In eadē membrana ipse quoq; Galenus dormitauit; nam ab ea partem illam separavit, quæ ante crystallinum sita eft, quam idolum & simulacrum visionis appellat. Ego vero vnicam eft afero, licet ea parte, quæ ante crystallinum locatur, paulo crasior fit; quam in reliquis partibus. Atq; hæc sole sunt urez oculi membrane, quare ne exspecteatis dum ego de illa loqua membrana instar ciliorum, quam Vessalus somniauit: nam linea illæ, quæ humorum crystallinum circumstant

circumstant, in hac quam paulo ante descriptimus aranea collocantur. Humores in oculo tres sunt, aqueus, crystallinus & vitreus. Aqueum, qui & albagineus quoq; dicitur, natura anteriore in parte locauit inter membranam vicanam, ubi duplex & intera redditur corneumq; qui humor paucus admodum eft, & in eo suffusiones sunt, quas cataractas recentiores appellant. Hoc quod dicam obsecro lector ne excidat, me certa conjectura deprehendit, humores hunc instar exrementi eft: nam ego bis hinc oculis uidi totum prorsus effutum esse ob vulnera, tamen spatio temporis renatus, ita vt eodem oculo cernerem deinceps poterit. Secundus humor oculi crystalloides crystallinum ue nuncipatur, eo quod ita spideat, vt lumine, & perspicuitate crystallinum referat: suis quoque eius eft anteriora vitreus, pene in centro oculi, cumq; humor vitreus posteriori in parte amplectus, neq; illa inter ipsos membranam interieret, ante tamē ab aranea obteguntur. Figura crystallinum humoris sphærica quadrata, fed depresso anteriorius: quia humorum aqueum reficit, lentis formam refert. Huius substantia duriscula eft, quam si fia sede dimoueris, & ad scriptos caracteres accedatis, maiores effidentur, & facilius conspicuuntur, supicorij hinc speciilorum intentionem originem duxisse, vñ crystallini humoris permixtum est, atque extollendum, nam præcipuum eft, ac pene princeps videndi instrumentum, propterea idolum simulacrum, visionis nō diuinaria appellatur. Hanc partem libenter contemplant auditores in theatro, nam oculos atque animum delectat, pulchra res est frictu digna. Tertium hialoida hoc eft vitreum vocant Anatomici, eo quod vitru filum specie se præ ferat, posteriore in parte collocatur: neq; ibi solum sed anterioris quoq; non exiguum portionem, ita vt ex quatuor oculi partibus tres occupet hialoides, partem autem cum dico concavam intelligo. hic humor concavus in medio factus eft, quoniam fibi crystallino cedendum erat, ipse quoque splendidissimum eft, spicatissimi incundus. hunc vñ cum crystallino inuoluit aranea membrana, penes quem retina iacet, à qui ut treus humor alitur, at vitreus vicissim alit crystallinum, itaq; nil in ritrum eft vitreus humor pellect, cum alimentum immediatum futurum sit crystallini præludent, & in nutritione gignatur humor illus, qui aqueus appellatur. Hi sunt tres humores in oculo uisionis existentes: nam horū opes, nisi quid obliter, medio proportionato existentes, nūlibetq; in interuum decéter locato facile, & recte cernimus.

Præter musculos quinque oculo deferuentes, præter fem-  
branas, tres humores, glandulas binas, neruum opticum, secundum

De humoribus oculi.  
Apud humoris sita.

Humer aquos eff-  
eientur.

Humor aquos  
poterit renaci.  
Cur fecundus hu-  
mor oculi dicas  
crystallinus.  
Situs crystalloidis

Crystallini figura.  
Substantia crystalli-  
lii qualis.

Specimen inus-  
tum unde initium  
Crystallini hu-  
moris vñ.

De tertio humore  
ali nomine  
Chymologia.  
Situs humoris vi-  
tri.  
Cur vitrus hu-  
mor sic cœcaus.

Aranea membra-  
na proposita se-  
parat crystalli-  
num & vitreum.  
Retina autem humo-  
rem vitreum hu-  
moristicum ali  
substantialium.

Epligoni parium  
oculi, oculorum  
defensionis.

nerorum coniugium, pinguedinemq; venae adfunt, & arteria per muſculos pinguedinemq; diſperſe, necnon per mebranas, in quas multæ ipſarum diſtribuantur, item per corneam atque vuenam.

Pteroratio.

Vefalius errat in  
ſeculi hiftoria.

Et haec eft vera germanaq; fabrica humani oculi explicatio. quia ſi cum re ipſa contuleris, tu quoq; huic hiftoria ſubscribes, quam ego pure ſcriphi abfq; verborum circumſcriptionibus, & fine fuso. Erratoꝝ Vefalij in hiftoria de oculo nullo negocio deprehēdes: quem mirum eft in membris adeo nobilis deſcriptione tantopere lapſum eſſe: nam non modo in muſculis & membranis, ſed in humoribus quoque decipitur, & tota errat via, exiftimans cristallinum humor in centro oculi exquifite ſitum eſſe; item tantum humoris aquae, quantum vietū reperiſſe.

# REALDI COLVMBI CREMONENSIS DE RE ANATOMICA LIBER XI.

20

## DE VISCRIBVS.

De Vuela, Tonfillisq; nec non de tunica veftiente Nasum, Palatum, os eophagum, ventriculum, inteffina & aspera arteriam. Cap. I.

Cur hic non apte  
de rectore, corde,  
& cerebro.

VANQVAM Iecur, & Cor, & Cerebrum viscerata ſunt, deq; his in traſatu de Visceribus agendum videtur: tamen de his hoc loco non inſtar trium fontium, à quibus varijs proficſcuntur riuii, qui vniuerſam hominis fabricam irigant; abſque his ceu lapideam, atq; inutilem

30

Cur vena genitrix.

futuram. Propterea, vt alinetum per ſingulas corporis partes flueret; vena genitrix ſunt, que naturale languorem in hepate, tanquam in proprio fonte elaboratum deferent, qui ad ſuperiora non fecus atque ad inferiora labitur. Quamobrem natura vna cum fanguine lotij partem deferrit voluit, tum ut vehiculū fanguinis lotium foret, tum ut ne fanguis alicubi ſifteret, & inſtar gelu rigeret. at eius

ope

Cur lotum vna  
cum fanguine de-  
feratur.

## DE VISCRIBVS LIBER XI.

221

ope fanguis à magnis venis ad mediocreſ, atque ab his ad minimas viq; properat. Item à corde vitalis fanguis vna cum calore ad omnes corporis partes per arterias communicatur. Eodem paſto cerebrum per neros, ſpinalemq; medullam ſenſum, motumque ad vniuerſum corpus tranſmittit: etenim abfq; nerorum distribuſio- ne, neque ſentire, neque moueri vlo paſto poſſes. Dimiſo igitur cerebro à ſuperioribus inchoantes conſentancum eft, vt de illa tunica dicamus, qua os ambi, lingua, laryngam, & eophagū; de gargareone, & parithmiaj; ne quicquam intacum prætermittamus. deinde loquemur de thorace, poſtremo de ab domine. Scien dum itaq; eft tunicam illam, à qua nares intus, palatum, lingua, circundatur; me iudice: duræ matris portionem eſſe que poſtquam caluariam exteriorem precipue egrella eft; amplificatur, cratior, & pene carnea redditur: à qua cum vniuerſum palatum interne, & os ipſum inuolatur, ad palati extremitatem duplex euadit; elongata; aliquantulum partem dignit rotundam, oblongam, cratiſculam, pendulam, varijs nominibus inſignitum: etenim vua dicatur, vula, columella, gargareon. Vifa eius eft, vt humiditatè à cerebro precipitante detinetur: idq; non temere, ſed vt detēta partes illas, quarum motus pene perpetuus eft, humectaret. Voci etiā, & pronunciacioni non parum conſert: vt illorum exemplo eleganter, facileq; diſcre poſtumis, qui ſeu gallico morbo diu laborant, quibus cù dira morbi lues columellam exedit, ruci admodum ſunt; & crociare potius, quām humano more loqui videntur. Ter tia eft inſipere gargareonis utilitas, ne ſelicit puluis, qui iam nobis iniuitus quandoque os ingrefiatus erat, ad aperā arteriam praecip progrederetur. Vtrinq; duæ adfunt glandulae, quarum altera à deo tris eft gargareonis, à finiſtris altera; parithmia dicuntur, tonifie, amygdala, faucesq; carum ſubflanta glandulosa eft, facta ha quoque fuerunt, vt cerebi humiditatē ſupciendo eſſent, idq; propriea quòd regionem hāc, quā graci pharyngā, latini fauces appellant, humectando eſſent, hiut autem finibus continetur pharynx. Basili capitis, palatiq; nec non corpora anteriora vertebrarum colli; ꝑ loco complures organa cerneſ laryngā nimirum, os hyoides, eiusq; muſculos, lingue radicem, eiusq; muſculos, ſextum neruorū par, iugulares venas internas, carotides arterias, columellā, maxilla infeſoriem, eiusq; muſculorum portionem, ſtyloidis, proceſſus, & eophagorum, propriea cum glandula, quas dixi, tam angusto in loco verſentur, parithmia veteres appellauerent. Teguntur autem ab eadem membrana, à qua os, & palatum inuoluſ dimiſus: que descendens

Anterioria velli-  
tas.

Neruorum vla.

Proponit agenda.

De tunica nares,  
palatum, & lin-  
guae circumſtitute  
go, & deductus.Substantia vula.  
Nomina vula ve-  
ra.

Vifa vula prima.

Secundus.

Raucoeduo mor-  
bi gallico ex  
ea vula.  
Tertius.Parithmia, sibi  
ſunt, quid fin.Vifa parithmia-  
rum.

Pharynx.

Complura erga-  
nia.Carditis ſint pa-  
rithmia.  
Involucrum pa-  
rithmia.

descendens oesophago occurrit: eiusq; interiorem tunicam constituit: item ventriculi; & intestinorum tunicam internam, & deorsum magis lata post lingua epiglottida ambit, laryngemq; & aperiam arteriam, ad extremos vif; illius ramos per pulmones delatos. Extrema autem trachea regio vestitur a succingente membrana. huc igitur pars fatis accurate perspeta, reliquum est, vt de pulmone verba faciamus.

## De Pulmone. Cap. II.

10

**P**ULM<sup>O</sup> in thorace ipso situs est, cuius cavitatis maiorem partem occupat, corporibus vertebrarum, cordi, asperae, arteriae adnexus. Divisus est pulmo in duas partes dextram nempe, & sinistram, propter nonnulli sunt, qui binos esse ait pulmones. Eis figura extra sphærica est, intro vero cau: itaq; faustum operatur, quod fibi tum cordi, tū pericardio cedendum erat. Prater eam, quam diximus pulmonis divisionem, in quatuor lobos, pinnasue, aur fibras, (nihil enim nunc interest, qua ex his voces appelles) pulmo dividitur, vt agilis moveri posset, & cor ipsius fascia amplexari. Scribit Galenus pulmonem quinque lobis praeditum esse, ex quibus tres in dextro latere esse autem, quod verum esse in brutorum quidem animalibus conperies: at in homine nequam. Causa diuersitatis illa esse potest, quod hepar à corde plurimum distat. quomobrem cum verum cau: a vertebribus differt, frato opus erat, quo fulciretur. Natura igitur prudens lobo uno voluit hominis pulmonem à Brutis superari, quem lobum venae cau: in illis sublitrabit. Concauus autem est, vt Galenus optimè dixit, quia cedit venae caue rotunditate: at quoniam in hominibus inter cor, & hepar septu transuersum duxata interierat, quanto lobo nihil opus fuit. Quam obvium est, quoniam Galenus hoc tâpote in veteres Anatomicos inueheretur. Verum ex hoc, vt ex alijs compluribus locis, aperte conuinxit Galenum nunquam in homine anatomem exercuisse. Pulmonis substantia rara est, leuis, porosq; spongiae instans, colore rubello, quod genus substantiae parenchyma, hoc est, affusio à vertebribus appellatur. Involuitur a membrana pleura, quam describemus, tenui fatis, atq; admodum porosa. Per substantiam pulmonis haec diffinimatur, Arteria aspera, Arteria venalis, Venae arteriales. Aspera quidem arteria per collis longitudinem anteriori in parte sub larynx fertur, que ex anulis confitat, at non perficit ommino, vt suo loco diximus, ex cartilagine quæ in dextrum, ac si nistrum

nistrum diuiditur; deinde pedentem magis, magisq; diuiditur, atque attenuatur ad pulmonis extrellum vld;. Vfus eius est, vt a rem intro, forasq; ferat: atq; haec è supermis in inferiora procedit. ex infermis autem pene furiū fertur venalis arteria, que ipse quoque in dextram, sinistramq; partem duifa est; deinde variis modis ramificatur, ad asperae ramos accedens, idemq; facit vena arterialis. hac vero tria vafa à substantia rara, porosa, leui: amplectuntur, itaq; pulm<sup>o</sup> gignitur: cuius vflus est, vt reū Anatomici scribunt, ob cordis refrigerationem; quod efficit, aeren ad illud frigidum deferens. factus præterea fuit pulmo ad inspirationem, atq; expirationem, & vt voci defuerit. Atq; hos omnes pulmonis vfls nouerunt, qui ante me scripserunt, præter quos ego alio addo modum momenti, de quo ne per translatum quidem meminere. Est autem præparatio, & pene generatio vitalium spirituum, qui post modum in corde magis perficiuntur. Aeren namq; per nares, & os inspiratum suscipit; nam aspera arteria vehiculo per vniuersum pulmonem fertur, pulmo vero aeren illius vna cum eo fanguine misceat, qui à dextro cordis ventriculo profectus per arteriam venam deducitur. Vena enim hec arterias præterquam quod fanguinem

20 pro sui velamento defecit; adeo ampla est, vt aliis vfls gratia deferre possit. Sanguis huiusmodi ob afsiduum pulmonum motum agitatur, tenuis redditur, & vna cum aere miscetur, qui & ipse in hac col litione, refractione, & præparatur; vt simili mixti sanguis, & aer per arteria venalis ramos suscipiantur: tandemq; per ipsius truncum ad sinistrum cordis ventriculum defecuntur; defecuntur vero, tā belle mixti, atq; attenuati, vt cordi exiguae præterea labor superfit: postquam exiguum elaborationem, quasi extrema impotita manu vitalibus hinc spiritibus, reliquum est, vt illis ope arterie aborti per omnes corporis partes distribuantur. Non vero quin nouis hic pulmonum vfls, quem nemo Anatomicorum haecen sanniauit, incredulus, atque Aristotelicus paradoxon videri debet, quos oro, rogoq; , vt pulmonis magnitudinem contemplentur, que abq; vitali fanguine permanere non poterat; cum nulla sit tam minima corporis particula, quæ illo deficiatur. Quod si vitalis hic fanguis in pulmonibus non gignitur: à qua parte transmittit poterat, præterquam ab aborti arteria: at ab aborti arteria ramus nullus, neq; magnus, neque parvulus ad pulmones mittitur. Nam quo paço per venam, aut per arteriam venalem deferi sanguis vitalis ad pulmonem potest, cum neutra pulsat? hec igitur candide lector, quam dixi, arterialis vena construēta fuit, vt fanguinem eo, quo diximus,

Nous vfls pul monium genera tione faciliter anima lium spirituum.

Quomodo gene re ut spiritus ani malis.

Ex vena arterialis amplitudine vfls insufflagatur.

Vitale spiritus in corde perficit & ab omnes partes corporis feci tur. puto quid sp̄tus vfls vitales in pul monibus gignatur.

Arterialis vena via sanguinis.

paço

paço elaboratum intro afferret ad cor ipsum; nō vt à corde elicat & extraferat. Ad hanc, quæ diximus, illa etiam accedit ratio, Me-

Quando modo sanguinem ferri est pulmonis...<sub>a</sub>

dicos tunc è pulmonibus manantem sanguinem coniecatare, atque adeo certo scire, longo rerum vrl edictos, non modo quod cum fulti eliciatur, sed etiam quia floridus est, tenuis, & pulcher, vt de sanguine arteriarum quoque dicere conseuerunt. Quas rationes qui sincero animo considerare voluerit, acquiesceret, sat fio, veritatis locum dari patietur. At Galenus magnus philosphus, me-

Galen & Hippocratis liceat ob veritatem contra dicere.

